Στίγμα, τὸ, Nota qua aliquis compunctus est, quæ alicui inusta est, Signum quod alicui impressum est ferro candenti. Lat. quoque Stigma appellant: ut Martial. Frons hæc stigmate non meo notanda est. Herod. 7, (233.) Ἔστιζον στίγματα βασιλήϊα τοὺς πλεῦνας τῶν Θηβαίων. Plut. περὶ Ἀοργ., Τὰ δὲ τῶν πικρῶν (δεσποτῶν) ἐκκαλύμματα καὶ δυσκόλων ἐν τοῖς προσώποις τῶν οἰκετῶν ὄψει, καὶ τοῖς στίγμασι καὶ ταῖς πέδαις. Paul. ad Gal. 6, (17.) Τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω, Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto, i. e. inustas notas, quales inuri servis solebant. Sed cum servis ea essent probrosa, (unde et Stigmatiæ dicebantur,) ipse iis gloriatur, ut ea non dubitet pseudapostolorum gloriæ opponere, necnon et circumcisionis cicatrici. Intelligit autem στιγμάτων nomine Omnia quæ in corpore suo passus est Christi nomine, de quibus 2 Cor. cap. 11. Apud Medicos στίγματα dicuntur Notæ quæ in facie aut alia quapiam corporis parte infliguntur, quales videmus in manibus eorum qui militiam exercent. Sic enim Aët. 8, 12. Στίγματα καλοῦσι τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἢ ἄλλου τινὸς μέρους τοῦ σώματος ἐπιγραφόμενα, οἷά ἐστι τῶν στρατευομένων ἐν ταῖς χερσίν. Ubi etiam describit quoddam μέλαν πρὸς στίγματα. Ibid. τὰ στίγματα ἀφελεῖν, et τὰ στίγματα ἐξαίρειν: Plin. 25. cap. ult. Omnibus batrachii generibus vis caustica: ideo ad tollenda stigmata utuntur, causticisque omnibus miscent. Diosc. 2, 205. de foliis et recentibus cauliculis batrachii, Δύναμιν ἔχει ἑλκωτικὴν καὶ ἐσχαρωτικήν· ὅθεν καὶ στίγματα ἐξαίρει. Rursum Plin. scribit stigmata deleri fimo columbino, quem Diosc. 2, 98. tradit et πυρίκαυτα θεραπεύειν, Igni ambusta. Ubi sicut stigmata deleri ait, sic Martial. Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte. Marc. Virg. post locum in Ἐρυθρόστικτος citandum, Ex eo, inquit, factum est ut στίγματα non tam Puncta ipsa, quam Punctis variatam superficiem Græci vocarint. Et ex hoc genere inter cutis vitia στίγματα in antiqua medicina dicta sunt non Puncta, sed Maculis punctorum quantitate et forma decolorata hominis cutis. Differuntque (quod manifeste ex antiquis Scriptt. et e nomine ipso colligitur) stigmata a leuce et utraque vitiligine, quod in his, sive candidæ, sive nigræ maculæ sint, major quantitas et nulla certa forma est; in stigmatis autem puncta tantum et punctis variata superficies. Στίγματα Hesiod. dixit Puncta, s. Maculas et notas quibus aliquid distinctum variatumque est, veluti punctis: Ἀ. 166. Στίγματα δ' ὡς ἐπέφαντο ἰδεῖν δεινοῖσι δράκουσι Κυάνεα κατὰ νῶτα, Schol. ὥσπερ δὲ στιγμαὶ ἦσαν ἐπάνω τῶν ῥάχεων τῶν δρακόντων· κατάστικτοι γὰρ καὶ ποικίλοι οἱ ὄφεις. Sic Virg. G. 3. Maculosus anguis. [" Ad Herod. 374. Wakef. S. Cr. 3, 91. Servorum, ad Diod. S. 2, 598. 599." Schæf. Mss. * Στιγματοφόρος, Polyæn. 1, 24. * Στιγματηφόρος, unde] Στιγματηφορέω, Stigmata fero in corpore, i. e. Stigmata mihi sunt inusta, Notis compunctus sum, Lucian. [3, 489.]

Στιγματίας, ὁ, Stigmate notatus, Notis compunctus, Cui stigma inustum est: δοῦλος, Servus compunctus notis, cui stigmata et notæ inustæ sunt; solebant enim notæ eis candenti ferro imprimi, ut agnoscerentur, præsertim si aufugere consuevissent: ut e Plut. quoque discimus in Nicia, de Atheniensibus in Sicilia captis, Καὶ τούτους ὡς οἰκέτας ἐπώλουν, στίζοντες ἵππον εἰς τὸ μέτωπον, Equi signo eorum fronti impresso: [Pericle 26.] Cujus rei Plato quoque meminit, de LL. 9. item Plut. supra in Στίζω et Στίγμα: necnon et Phocyl. (212.) Στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα. Item et Plin. et Valer. Max. 6, 8. Servus ab eo vinculorum pœna coërcitus, inexpiabilique literarum nota per summam oris contumeliam inustus. J. Poll. 3, (79.) c. 8. de servis, Οἱ δὲ στιζόμε-

νοι, (sic enim reponendum pro μαστιζόμενοι,) στιγματίαι καὶ στίγωνες, ὥσπερ οἱ μαστιγούμενοι, μαστιγίαι. Itidem Cic. de Off. 2. Qui fideliorem, et barbarum et stigmatiam putaret, quam conjugem. Ita enim antiqui Codd. habent pro Stigmaticum, quod in nonnullis legitur. Paulo ante dicit, Barbarum, et eum quidem compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire: synonymως accipiens Compunctum notis et Stigmatiam. Plin. Ep. 1, 5. taxat quendam ut Vitelliana cicatrice stigmosum. Nicanor autem Grammaticus dictus Στιγματίας fuit διὰ τὸ περὶ στιγμῶν πολυλογῆσαι, Eust. [" Casaub. ad Athen. 64. Toup. in Schol. Theocr. 217. Fabric. Bibl. Gr. 1. p. 368. ad Lucian. 1, 374. Brunck. Aristoph. 1, 27. Cattier. Gazoph. 48. ad Diod. S. 1, 625. Jacobs. Anth. 11, 26. Heyn. Hom. 4, 10." Schæf. Mss. " Dio Chrys. 1, 449." Wakef. Mss. " Στιγματίας, Xen. Ἑλλ. 5, (3, 24.) p. 441. Auctorem Nostro parem in h. v. non produxerunt Lexicogrr. Quod si Aristophanem nominassent, qui Λ. 331. in Choro idem adhibet, non habuissemus in iis defectum hunc taxandum, nec magis eum e Nostro tum supplendum. Quam veremur autem, ne, qui recentiore tantum Aristoph. Edit. utuntur, de fide nostra dubitaturi sint, cum in ea loco citato, non Στιγματίαις, sed Μαστιγίαις legatur, cujus immutatæ lect. rationem nondum inveni redditam ab eruditissimo Editore, in Notis ad hanc Fabulam versum istum plane prætermittente. Habeo primam omnium Edit. Lysistratæ, Flor. sc. Bernardi Juntæ 1515. 8., ubi Στιγματίας legitur, atque sic reliquæ ad unam omnes expresserunt. Variæ lectt., quas prodiderunt hactenus VV. DD., nihil mutandum jubent. Imo Schol. vet. ne cogitavit quidem de alia voce: vide ipsum. An igitur Biset. ansam errandi dedit? Mirus profecto hic lapsus, namque purum putum esse talem non dubito." Gramm. Spec. Suppl. Lexx. e Xen. 152. Cf. Lex. Xen. * Ψευδοστιγματίας, Athen. 685.] AFFERTUR ET Στιγματίζω pro Stigmate noto, Stigma inuro, στίζω.

Στιγμὴ, ἡ, Punctum. Apud Mathematicos στιγμὴ et σημεῖον idem sunt, i. e. Punctum: sc. οὗ μέρος οὐθὲν, Minima lineæ pars, quæque in partes dividi nequit. Euclides suorum Στοιχείων initio, Σημεῖόν ἐστιν οὗ μέρος οὐθέν· γραμμὴ δὲ, μῆκος ἀπλατές· γραμμῆς δὲ πέρατα, σημεῖα. Suid. Στιγμή ἐστι γραμμῆς πέρας, ἥτις ἐστὶ σημεῖον ἐλάχιστον· κέντρον δέ ἐστιν ἀρχὴ γραμμῆς. Euclides tamen utrumque lineæ extremum appellat στιγμήν. Item στιγμὴν, inquit Marc. Virg. ap. Diosc., in sermone Punctum vocant, Minimam notam qua membra sermonis in scribendo librarii dividunt; eademque ratione Quæcunque continuum aliquid intercedentia angustis intervallis dividunt, discernunt, et variant. Item τελεία στιγμὴ, Punctum quod ponitur in fine sententiæ perfectæ. Apud Latinos quoque Punctus s. Punctum, pro Minima rei alicujus parte ponuntur, ut cum Plin. dicit, Non aliud est terra in universo quam mundi punctus, Horat. Horæ puncto, Lucr. Puncto diei, Cic. Illo inquam ipso die, imo hora, atque etiam puncto temporis eodem, Cæs. Vi tempestatis puncto temporis interiit, Cic. Tot civium Rom. uno puncto cædes. Item, Neque Larini punctum est temporis commoratus. Itidem Græci στιγμὴν χρόνου dicunt pro Minimo temporis spatio, s. Momento: ut Demetr. Phal. ap. Plut. (6, 394.) laudans Euripidem dicentem μίαν ἡμέραν τὰ μὲν καθελεῖν ὑψόθεν, τὰ δ' ἆραι ἄνω: rectius tamen dicturum fuisse ait, si non μίαν ἡμέραν, sed στιγμὴν χρόνου dixisset: (423.) Τό, τε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν, οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ, πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορῶσιν αἰῶνα· τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια κατὰ Σιμωνίδην ἔτη, στιγμή τίς ἐστιν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς. Sic Luc. 4, (5.) Ἔδειξαν ἐν στιγμῇ χρόνου, In puncto temporis, In momento temporis. [" Sive Temporis in puncto, ut loquitur Lucr. 4, 164. Alias Latine dicitur Uno eodemque temporis ictu. Apul., ut Lucas, Fab. 219. Momento modico, imo Puncto exiguo. Tam breve temporis momen, s. movimen, designare voluit Lucas, quod in partes vix cogitatione posset secari. Græci adhibent in talibus formulam ἐν ἀκαρεῖ χρόνου, In temporis momento, unde nihil possit abradi: ἐν ἀτόμῳ scripsit Paulus 1 Cor. 15, 52. ubi adjectum legitur in eand. sententiam ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, In ictu, vel nictu oculi." Valck. Schol. in N. T. 1, 93. Diog. L. 7, 135. " Heyn. in Error. Typogr. ad calcem Apollod., Casaub. ad Athen. 71. Bibl. Crit. 3, 2. p. 42. Valck. Anim. ad Ammon. 19. Hipp. p. 281. ad Ammon. 48. ad Charit. 614. Wolf. Prol. 257. Musgr. Ion. 1514. Jacobs. Anth. 7, 126. 11, 26. Callim. 1. p. 588. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 228. De rebus valde parvis, ad Herodian. Philet. 453." Schæf. Mss. Phot. Στιγμήν· ὡς ἡμεῖς, τὸ ἐλάχιστον· οὕτως Μένανδρος. Demosth. 552. Εἴ γ' εἶχε στιγμὴν ἢ σκιὰν τούτων. Στιγμὴ subaud., Schæf. Apoll. Rh. T. 2. p. 239. * Τελειοστιγμὴ, pro τελεία στιγμὴ, est vox dubiæ auctoritatis.] Στιγμαῖος, Qui unius puncti est, Punctum æquans, Procl. in sua Sphæra, Progressus minimus et unius solum puncti, Punctus viæ. Sic στιγμαῖος βίος, Vita quæ punctum duntaxat temporis durat. Plut. 6, (447.) Καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ἐστὶ καὶ στιγμαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα. Itidem σπιθαμὴ βίου dicitur de Vita brevi et momentanea. [" Jacobs. Anth. 7, 126." Schæf. Mss. Cleomedes 1, 11. στιγμαῖα, sed in Codd. στιγμιαῖα, quod melius est. * Στιγμιαῖος, Plut. 10, 461. Gal. de Vict. Acut. 3. p. 186. Vide Lobeck. Phryn. 544. Cf. Σπιθαμαῖος, Σπιθαμιαῖος.]

[* Στιγμὸς, Punctio, Æsch. Suppl. 846.]

[* " Στίξις, Schol. Apoll. Rh. novus 1, 211. p. 26. Schæf." Boiss. Mss. Vide Προσαναστίζω.]

Στικτέον ap. Gramm. pro Punctum ponendum est, s. Interpungendum est, Distinguendum est puncto. Qua signif. VERB. Στίζω quoque usurpatur, ut Epigr. in Grammat. Εὐπιθίου Ἀθηναίου στίξαντος τὴν καθόλου, Qui punctis distinxerat et emendarat, Brodæo interpr., qui τὴν Καθόλου dicit esse Nomen libri cujusdam: de quo ibid. plura. [" Στικτέον, Schol. Il. X. 300." Boiss. Mss. " Schol. Aristoph. Πλ. 220." Schæf. Mss.]

Στικτὸς, Punctus, Variis notis compunctus, Variis notis distinctus: ἔλαφοι, Soph. (El. 568.) Sic Idem Phil. (184.) p. 384. Στικτῶν ἢ λασίων μετὰ Θηρῶν, i. e. ποικίλων καὶ δασυτρίχων, Schol. Inter animalia varia et hirsuta, Inter animalia diversis distincta coloribus atque hispida. Et Opp. K. 3, (288.) περὶ στικτῇσιν ὑαίναις, De maculosis hyænis. Eur. Phœn. (1122.) de Argo, Στικτοῖς πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα, ubi Schol. itidem exp. ποικίλοις: quoniam sc. varii cernuntur in oculis colores: exp. tamen et καταπληκτικοῖς: quod minus probo. Ea signif. Ovid. de stellione, stellatus pectora guttis. Vide et Ἄστικτος. [" Bibl. Crit. 1, 2. p. 126. Valck. Phœn. p. 392. Beck. ad Eurip. p. 218. Jacobs. Anim. in Eurip. p. 17. Anth. 7, 248. 9, 320. ad Lucian. 1, 246. Wakef. Phil. 184. Boiss. Philostr. 431. * Στικτόδορος, Wakef. l. c." Schæf. Mss.] Ἄστικτος, ὁ, ἡ, Qui punctus non est, Nullis compunctus notis, Nullo signatus stigmate, Nullis punctis signatus: χωρίον, Ager creditoribus non obnoxius; nam qui obnoxii erant, lapidibus vel columna signabantur: cui opp. στικτὸν χωρίον, s. ὑπόβολον, ὑπόχρεων. Sic enim J. Poll. 3. Λίθος δ' ἦν ἢ στήλη τις δηλοῦσα ὡς ἔστιν ὑπόχρεων τὸ χωρίον· ἐπὶ δὲ τούτου ἔλεγον καὶ τὸ ἐστίχθαι τὸ χωρίον· ὡς τὸ ἐναντίον, ἄστικτον· τὸ δὲ ὑπόχρεων χωρίον, καὶ ὑπόβολον. [Herod. 5, 6. Menander ap. Schol. Luciani 6. p. 282.] Ἐρυθρόστικτος, ὁ, ἡ, Rubeis distinctus maculis, Rubris compunctus notis, Marc. Virg. ap. Diosc. 2. Hacque ratione in marmorum genere, præsertimque in Numidico, λευκόστικτον aliquod et ἐρυθρόστικτον, i. e. Candidis et rubris punctis distinctum et variatum dicitur, non aliam ob causam quam ob varietatem illam colorum, qui punctorum quantitate et forma rem variant. [* Εὔστικτος, Opp. K. 1, 335.] Λευκόστικτος, Albis punctis s. maculis distinctus, Albis notis compunctus, Eur. (Iph. A. 221.) λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλίους πώλους, Equos varios, sc. quorum pili albis notis s. maculis distincti sunt. [* Μελανόστικτος, Athen. 305. * Παντόστικτος, 324. " Const. Manass. Chron. p. 6." Boiss. Mss. * " Πολύστικτος,

Punctis interstinctus variis, Marcell. Sid. (16.) ap. Fabr. B. Gr. 1. p. 14. Clem. Alex. 244." Kall. Mss. Anonym. de Incredib. c. 16. p. 92. Gale. "Ad Hesych. 2, 995. n. 15." Dahler. Mss. Orph. Fr. 7, 15. * Χρυσόστικτος, Leo Diac. p. 249." Boiss. Mss. "Clem. Alex. 160." Kall. Mss.]

Στιγεὺς, έως, ὁ, Subula dicitur; vel etiam Omne id quo pungimus. Suidas exp. κεντητήριον. Alio nomine ὀπήτιον dicitur. [" Sed ap. Herod. 7, 35. στιγεὺς est Punctor, Is qui stigmata inserit, (Στιγέας ἀπέπεμψε στίξοντας τὸν Ἑλλήσποντον.)" Schw. Mss.]

Στιγὼν, ῶνος, ὁ, i. q. στιγματίας, J. Poll. cujus verba paulo supra citavi: [vide Στιγματίας.] Legitur ap. Hes., et exp. μαστιγίας: sed putarim scr. potius στιγματίας pro illo μαστιγίας. Apud Eust. paroxytonως scribitur, 725. Καὶ Τρικέδων, ὁ πολλάκις δεθεὶς, κακοῦργος δοῦλος, ὃς καὶ πέδων ἐν ἁπλότητι λέγεται, καὶ στίγων, εἴτουν στιγματίας. Sic p. 1542. Ὁ γράψας ὅτι στίγων καὶ πέδων δοῦλος ὁ στιγματίας. Apud J. Poll. quoque eod. modo scribitur στίγωνες. [" Aristoph. Fr. 290." Schæf. Mss.]

[* " Ἀστιγὴς, Steph. B. v. Βάβρας." Kall. Mss. * " Χρυσοστιγὴς, Leo Diac. 249." Boiss. Mss.]

Ἀναστίζω, Rursum compungo notis etc. Interdum pro simplici στίζω. Προσαναστίζω, Iterum compungo addita et alia nota: ut Θρᾳκικαί τινες γυναῖκες ἐφ' ὕβρει στιχθεῖσαι μέρη τινὰ τοῦ σώματος, καὶ τὰ λοιπὰ προσανέστιξαν, ἐξαλείφουσαι τὸν τῆς συμφορᾶς χαρακτῆρα. Qua de re Eust. 1960. Καὶ μὴν καὶ ἡ γραφὴ, τουτέστιν ἡ στίξις, ἣν περόναι, φασὶ, ποικίλλουσιν ἐν σώμασιν· ἣν δὴ γραφὴν παθοῦσαι Θρᾳκικαί τινες γυναῖκες ἐφ' ὕβρει, ἐξηλείψαντο, φασὶ, τὴν συμφορὰν ταύτην, * προσαναγραψάμεναι, ἤγουν στίξασαι, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ χρωτὸς, ἵνα ὁ τῆς ὕβρεως χαρακτὴρ εἰς ποικιλίαν ἀριθμηθεὶς, κόσμου προσηγορίᾳ τοὔνομα ἐξαλείψῃ, ᾧ δηλαδὴ ὀνομάζονται οἱ στιγματίαι. Simile quid de Thracum mulieribus habes in Στίζω e Plut. Item et Plin. 22, 1. Barbarorum feminæ, maresque etiam ap. Dacos et Sarmatas, corpora sua inscribunt, h. e., Signa notasque suis corporibus imprimunt, quo venustiores appareant. Simile quid de Britannis narrat Herodianus, supra in Στίζω. Διαστίζω, Distinguo punctis et notis, Aristot. Rhet. 3, (5.) Τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίζειν, ἔργον, διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὕστερον ἢ τῷ πρότερον, punctis et ὑποδιαστολαῖς distinguere, Bud. Idem Bud. διαστίζειν pro In punctum desinere, affert e Themist. in Post. 44. [" Nonn. D. 28, 130. (Ξανθὰ διαστίζουσα κατάῤῥυτα νῶτα κονίης.)" Wakef. Mss.] Διάστιξις, ἡ, Distinctio quæ punctis fit s. notis, i. q. διαστολή. Ambo sunt vocabula Grammaticorum. [* Διαστικτέον, Schol. Soph. El. 884. * Διαστίκτης, Gl. Distinctor. * Διάστικτος, unde " * Ἀδιάστικτος, Tzetz. Ch. 1, 950. * Ἀδιαστίκτως, (Gl. Indistincte,) Timario in Notit. Mss. 9, 228." Boiss. Mss. * Ἐνστίζω, Dio Cass. p. 718.] Ἐπιστίζω, Notis compungo, Maculis vario, Punctis notisque distinguo in superficie, [" Pierson. Præf. ad Mœr. p. 36. Mœr. 157. et n." Schæf. Mss. Nicander Θ. 332. Ælian. H. A. 11, 24. * Ἐπιστιγμὴ, Æneas c. 31. " Bredow Ep. Par. p. 122." Schæf. Mss.] Καταστίζω, Punctis distinguo, Basil. Ep. quadam ad Notarium, Τὰ χαράγματα τέλεια ποίει, καὶ τοὺς τύπους ἀκολούθως κατάστιζε. Unde κατεστιγμένος, Punctis distinctus, Aristot. de ovorum coloribus, Τῶν δὲ κατεστιγμένα, i. e., Plin. interpr., Alia punctis distincta. || Hes. καταστίζων, βεβαιῶν, καταψηφίζων, subjungens, Παρ' ὅσον τῶν ἀτακτούντων τὰ ὀνόματα παρέστιζον καὶ ἐζημίουν. [Ad Greg. Cor. 492. Ælian. H. A. 10, 13. Χρυσοειδῆ ἰνδάλματα ἐπ' αὐτῶν κατέστικται. * Κατάστιγμα, Schol. Dionys. P. 443.] Κατάστικτος, Punctis distinctus, Notis compunctus, Notis s. Punctis variatus: unde ap. eund. Hes. Κατάστικτον, ποικίλον. Exemplum hujus signif. habes in Στίγμα ex Hesiodi Schol. Sic κατάστικτος χιτὼν, Tunica variis notis compuncta, varia, s. variegata, i. q. ποικίλος χιτὼν, Tunica, cui animalium figuræ floresve intexti sunt, belluata, ut Plaut. Belluata tapetia. J. Poll. 7. Ὁ δὲ κατάστικτος χιτών ἐστιν ὁ ἔχων ζῶα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα: quem et ζωωτὸν χιτῶνα s. ζωδιω-

A τὸν dictum fuisse scribit: qualis est Bacchi tunica ap. Arrian. E Plut. Lycurgo (4.) affertur, Ῥυθμοὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἔχοντες καὶ κατάστικτον, pro Numeri multum decoris gravitatisque habentes. Sed vel alia lectio vel alia interpr. quærenda est: [καταστατικὸν, Ad deliniendum aptus, Reisk. " Fischer. ad Palæph. 184. Wakef. Phil. 184. Brunck. Soph. 3, 385." Schæf. Mss. Dionys. P. 183. Ælian. H. A. 12, 24. * Καταστιγὴς, i. q. κατάστικτος, Philostorg. Hist. Eccl. 3, 11.]

Παραστίζω, Puncto noto, Nota signo, Hes. in Καταστίζω. Fortasse signif. etiam Perperam distinguo punctis et notis. Περιστίζω, Notis undique compungo, Punctis circumcirca distinguo. " Περιεστιγμένη, et Περιεστιγμένον, sunt σημεῖα quæ τοῖς βιβλίοις παρατίθενται, Signa s. Notæ quæ libris apponuntur, Diog. L. Platone p. 123. meæ Ed. Ubi etiam est διπλῆ περιεστιγμένη, et ὀβελὸς περιεστιγμένος, et * ἀντίσιγμα περιεστιγμένον." [" Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 237. Heyn. Hom. 6, 337. ad Herod. 281. 370. (4, 2. 205.) * Περιστίχω,
B 281." Schæf. Mss. * Περίστικτος, Nicander Θ. 464. " Montf. Palæogr. 369. * Ἀπερίστικτος, ibid. Coteler. Monum. 4, 395." Kall. Mss.] Περιστιγὴς, Notis undique compunctus, Punctis circumcirca distinctus, Maculosus, Varius, ποικίλος. De quo et in Περιστιβής. Ὑποστίζω, Subtus pungo, Subdistinguo, [Schol. Soph. Œd. T. 791. Nonn. D. 1, 332. νῶτον ἱμάσθλῃ.] Ὑποστικτέον, Subdistinguendum est, [" Heindorf. ad Plat. Theæt. 330." Schæf. Mss. " Schol. Od. B. 45. Schol. Eur. Hec. 703." Boiss. Mss.] Ὑποστιγμὴ, Subdistinctio, [Schol. Soph. Œd. T. 630. " Brunck. ad Eur. Hipp. 1003. Valck. ad Ammon. p. 48. Vit. Soph. p. x. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 228. Comma, Alberti Peric. Cr. 31. ad Herod. 407. Brunck. Or. 329. Ὑποστ. τελεία, (.) Munck. ad Anton. Lib. 229. Verh." Schæf. Mss. Vide Schn. Lex. * Προϋποστίζω, unde * Προϋποστικτέον, Schol. Ven. Il. B. p. 54.]

" Στιβδὸς, Verbero, Fugitivus, Hes."

" Στιδαῖος, Verberatus, Cauteriatus, VV. LL. e
C Suidæ loco non satis attente animadverso. Apud cum enim est Σταδαῖος, deinde στιζόμενος, τυπτόμενος: sed cum τυπτόμενος expositio sit præcedentis στιζόμενος: is contra, qui στιδαῖος ita ibi exposuit, illorum utroque exponi putavit hoc στιδαῖος."

ΣΤΙΛΒΩ, Splendeo, Luceo, Niteo, Il. Γ. (392.) Κάλλεΐ τε στίλβων καὶ εἵμασι, Nitens et oris specie et vestibus, Et nitida forma et nitidis vestibus decorus, Σ. (596.) χιτῶνας Εἶατ' ἐϋνήτους ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ, Nitentes oleo; oleum enim est nitidum et resplendet. Hes. quoque στίλβει exp. λάμπει, et Schol. Eur. λαμπηδόνα πέμπει. In qua signif. utuntur et prosæ Scriptt.: ut Aristot. de Color. Ποιεῖ δὲ διαφορὰν καὶ τὸ λαμπρὸν ἢ στίλβον εἶναι τὸ μιγνύμενον, ἢ τοὐναντίον αὐχμηρὸν καὶ ἀλαμπές. Quid autem sit στίλβον, his verbis Idem declarat, Ἔστι δὲ τὸ στίλβον οὐκ ἄλλο τι ἢ συνέχεια φωτὸς καὶ πυκνότης. Ibid. Τὸ δὲ χρυσοειδὲς γίνεται, ὅταν τὸ ξανθὸν καὶ τὸ ἡλιῶδες πυκνωθὲν ἰσχυρῶς, στίλβῃ. Idem alibi, Φαίνεται γὰρ
D τὸ ὕδωρ στίλβον τυπτόμενον. Cui similem locum vide in Ἀποστίλβω. Eidem dicuntur στίλβειν etiam stellæ, 2 de Cœlo, Ἡ γὰρ ὄψις ἀποτεινομένη μακρὰν ἑλίσσεται· ὅπερ αἴτιόν ἐστι καὶ τοῦ στίλβειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδεδεμένους, τοὺς δὲ πλάνητας μὴ στίλβειν, Non micare, coruscare. Ibid. κραδαίνεσθαι dicit et τρέμειν: cui respondet potius Vibrare ap. Latinos: quod Cic. de mari etiam usurpavit, Quodque nunc, quia a sole collucet, albescit et vibrat, dissimileque est proximo ei continenti. Quamvis vero Aristot. velit planetas non στίλβειν, attamen στίλβων dicitur ὁ τοῦ Ἑρμοῦ ἀστὴρ, Hesychio: Eustathio autem ὁ τῆς Ἀφροδίτης: quorum uterque planetarum nomine censetur. Annotat idem Eust., ap. Hom. dici aliquem κάλλεϊ στίλβειν, qui ἀλοιφῇ τινι μυρεψικῇ γεγάνωται τὴν ὄψιν, Cujus facies unguento aliquo nitida et pulcra est effecta. Affertur et pro Niteo, i. e. Sum nitida et bene curata cute, ut qui laute nutriuntur. || Transitive etiam exp. Fulgorem addo, Illustro, Nitidum reddo, Diosc. 1, 112. de ulmo, Τὸ

δὲ ἐν ταῖς φύσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὑρισκόμενον ὑγρὸν, στίλβει πρόσωπον ἐπιχριόμενον, Plin. Humor in folliculis arboris hujus nascens, cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem præstat. Sed malim scribere *στιλβοῖ*, quo alibi et ipse utitur, et alii: cum itidem et Eur. Schol. annotet, Στίλβω, *τὸ λαμπηδόνα πέμπω, στιλβῶ δὲ τὸ ξίφος, μεταβατικῶς*. [" Wakef. S. Cr. 2, 146. Jacobs. Anth. 6, 105. Heyn. Hom. 4, 533." Schæf. Mss. Aristoph. Ὀρν. 703.] PARTICIP. Στίλβων non significat solum Nitens, Splendens, s. Micans, Vibrans, sed est et Nomen planetæ. Nam ut Hygin. scribit, *στίλβων* dicitur Stella Mercurii: quod Hes. confirmat, et Aristot. de Mundo, (2, 8.) loquens de quarto orbe planetarum, Στίλβων, inquit, *κύκλος ὃν ἱερὸν Ἑρμοῦ καλοῦσιν ἔνιοι, τινὲς δὲ Ἀπόλλωνος*. Memini hujus rei et in Στίλβω, ubi dixi stellis tribui etiam *τὸ στίλβειν*. Schol. Apoll. Rh. scribit Astrologos *στίλβοντας ἀστέρας* vocare *τοὺς ἐν κινήσει ὄντας*. || Στίλβων est et Nomen proprium ap. Aristot. Rhet. 2. [" Ilgen. Hymn. 591. ad Charit. 701. 749." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1020. Sol, Manetho 3, 160.]

[* " Στιλβόντως, Splendide, Schol. Arat. 45." Wakef. Mss.] Στιλβωνίδης patronymici formam gerit, ut Λεωνίδης. Suid. annotat, legi ap. Aristoph. Ὀρν. (139.) *ὦ στιλβωνίδη*: ibique *στιλβωνίδης* accipi posse vel pro *λαμπρὸς ἀπὸ βαλανείου καὶ κεκαλλωπισμένος*, vel Proprium esse nomen. [* " Στιλβίδης, Nom. propr., Brunck. Aristoph. 3, 149. (Εἰρ. 1031.)" Schæf. Mss.]

Στίλβη, ἡ, Nitor, Splendor, *αὐχμὸς*, Hes. pro quo fortasse scr. *αὐγή*: nam *στίλβη* et *αὐχμὸς*, quo significatur Squalor, sunt contraria. || Idem annotat, Atticos *στίλβην* vocare *τὸ ἔσοπτρον*, Speculum; nam solent specula e nitida materia fieri. || Idem *στίλβη* exp. et *ἐλλύχνιον, φανὸν*, Ellychnium, Laterna, J. Poll. 6, (103.) c. 18. Καὶ *στίλβη δὲ ἦν τι ἀγγεῖον γήϊνον, ᾧ ἀντὶ λύχνου ἐχρῶντο*, Vasculum e terra figlina, quo utebantur lychni loco: afferens hæc exempla. Plato Com. *Φείδεσθε τοῦ ἐλαίου σφόδρα· ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ ὠνήσομαι στίλβην τιν', ἥτις μὴ πότις*. Itidem 10, (119.) *στίλβην* esse dicit Lychni quoddam genus, afferens ex Aristoph. Phœnissis, *στίλβη θ' ἣ κατὰ νύκτα μοι φλόγα ἥσει ἐπὶ τῷ λυχνίῳ*: [" Fr. 274. Ruhnk. Ep. Cr. 79. ad Herodian. Philet. 432. Porson. Phœn. 236." Schæf. Mss. Phot. *Στίλβη· λύχνῳ τι ἐοικός· Ἕρμιππος Θεοῖς·—ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ Ὠνήσομαι λύχνον τιν' ἢ στίλβην*.] Στιλβηδὸν, Nitide, Splendide, Suid., qui tamen non exp., sed tantum dicit esse *ἐπίρρημα λαμβανόμενον ἐκ τοῦ στίλβω τὸ λάμπω*. Στιλβηδὼν, ἡ, Nitor, Splendor. Suid. *στιλβηδόνος, λαμπηδόνος*. [" Eust. Il. 984, 33. Schol. Soph. El. 104." Wakef. Mss. Theo ad Arat. D. 194.]

" Στιλβὸς, Fulgidus, Lucidus, *στιλπνὸς, λαμπρὸς*, " Suid." [Gl. Splendidus. Candidus, LXX. Ezech. 27, 18. *ἔρια*. " Coraius ad Plut. Alex. 57. errat, dicens *στίλβος* a Steph. e Suida adductum non reperiri ap. Suid.: Suidas habet diserte, *Στιλπνόν· λαμπρὸν, στίλβον*: ap. Suid. fere credo hoc *στίλβον* esse particip. a v. Στίλβω." Boiss. Mss. Ergo Στιλβὸς oxytone non legeretur ap. Suid. Vide eund. Cor. in Suppl. Schn. Lex. p. 178. * Στιλβοποιὸς, unde] Στιλβοποιέω, Nitidum et splendidum reddo, Nitorem s. Splendorem concilio, [Diosc. * " Στιλβότης, Fulgor, Splendor, Chrys. (Pseud.) Serm. 7. T. 7. p. 253, 32. *Ἔχων κεκρυμμένην τὴν τοῦ μυστηρίου στιλβότητα*." Seager. Mss. " Plut. Alex. 57." Boiss. Mss. * Στίλβεος, Gl. Coloratus.]

Στιλβόω, i. q. *στιλβοποιέω*, 5, 173. de Samio lapide, *Ὧι οἱ χρυσοχόοι χρῶνται πρὸς τὸ λεαίνειν καὶ στιλβοῦν*, Quo aurifices utuntur in poliendo auro ut resplendeat. Plin. quoque 36, 21. dicit esse poliendo auro utilem: *στιλβοῦν μάχαιραν* Bud. interpr. Tergere gladium ad splendorem: e Ps. 7, (13.) *Τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει*. Et e Greg. Naz. *Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ μάχαιρα ἐστιλβοῦτο ἔτι, καὶ τὸ τόξον ἐτείνετο μὲν, κατείχετο δέ*. In loco illo Psalmi, *Τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει*, sunt qui interpr. Gladium suum vibrabit. Solent enim gladii vibrati ad solem præsertim, *στίλβειν*, Nitere et splendere, ut et aurum, aqua et alia quæ nitida sunt. In hac autem signif. commode reddi posse existimo verbo Coruscare. [" Theoph. ad Autol. 77." Wakef. Mss. Στιλβῶσαι, Hesychio *ἀπαστράψαι*.] Στίλβωμα, τὸ, Id quo aliquid nitidum redditur, Quod nitorem conciliat, i. q. *στίλβωτρον*, e Diosc. 1, 63. *Εἰς στιλβώματα μίγνυται*, Pigmentis ad conciliandum faciei nitorem inseritur, Miscetur iis quæ ad nitorem cutis conficiuntur. Στίλβωσις, ἡ, Politio qua aliquid nitidum redditur ac splendidum. Exp. etiam Nitor, Splendor. [LXX. Ezech. 21, 10. * Στιλβωτὴς, Gl. Colorator.] Στίλβωτρον, τὸ, i. q. *στίλβωμα*, Id quo nitorem conciliamus rei alicui, Diosc. 1, 33. de oleo Sicyonio, *Χρῶνται δὲ αὐτῷ αἱ γυναῖκες ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἐπὶ στιλβώτρῳ*, Utuntur eo mulieres ad nitorem cuti in facie conciliandum, Ad commendandum faciei nitorem. Sed malim omisso posteriore *ἐπὶ* legere *χρῶνται αὐτῷ ἐπὶ τῷ προσώπου στιλβώτρῳ*, Utuntur eo mulieres, quæ faciei nitorem conciliare volunt. At perperam in vulgatis Edd. scriptum legitur *στιλβότρῳ*, corruptissime autem in VV. LL. *στίλβοτρος*. " Στίλβοτρος, i. q. Στίλβωμα: " utiturque ambobus Diosc.: ap. quem legimus 1, " 33. in fine, de oleo Sicyonio, *Χρῶνται δὲ αὐτῷ αἱ* " *γυναῖκες ἐπὶ τῷ στιλβότρῳ*, Ruell. Feminæ ad com" mendandum faciei nitorem eo utuntur, Marc. Ad " nitorem vultus, Hermol. Ad cutis nitorem in facie. " Sed non dubium est quin *στίλβωτρον* scr. sit in " nominativo, genere neutro, et per *ω*." Ἀποστιλβόω, Splendere facio, Splendidum ac nitidum reddo, i. q. simplex *στιλβόω*, Epigr. [" Jacobs. Anth. 11, 332." Schæf. Mss.]

[* " Στίλψις, Splendor, Tzetz. ad Lyc. 249." Kall. Mss.]

Στιλπνὸς, Nitidus, Splendidus: sicut Suid. quoque *στιλπνὸν* exp. *λαμπρὸν, στίλβον*. Il. Ξ. (351.) *στιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἔερσαι*. Diosc. 5. de stibio, *Κράτιστόν ἐστι τὸ στιλπνότατον καὶ λαμπυρίζον*. Plin. quoque scribit, magis probari stibium feminam, et nitere, marem autem minus radiare. Idem stibium esse ait lapidem spumæ candidæ nitentisque, non tamen translucentis. Annotat Eust. hoc *στιλπνὸς* derivatum esse potius ab inus. VERBO Στίλπω, ut *τερπνὸς* a *τέρπω, θαλπνὸς* a *θάλπω*: UNDE ET Στίλπων, Nomen Philosophi Megarensis. " Vide et in " Σκόπαιος." [" Στιλπνὸς, Wakef. S. Cr. 2, 146. Heyn. Hom. 6, 595." Schæf. Mss. * " Χρυσεόστιλπνος, Const. Manass. Chron. p. 136." Boiss. Mss.] Στιλπνότης, Nitiditas, Nitor, Splendor, *λαμπρότης*, [Aq. Deuter. 7, 13. Zach. 4, 14. " Clem. Alex. 248." Kall. Mss. " Eust. 129, 10." Seager. Mss. * Στιλπνόω, Arrian. Epict. 2, 8. * " Στιλπνωτικὸς, Josephi Hypomn. p. 361. Fabr." Schæf. Mss.]

[* " Ἀντιστίλβω, Anna C. 20. 77. 184." Elberling. Mss.] Ἀποστίλβω, Niteo, Splendeo, Nitorem s. Splendorem emitto, i. q. simplex *στίλβω*, nisi quod videri potest paulo significantius. Aristot. certe in eadem signif. utitur utroque, dicens 2 Meteor. aquam marinam *φαίνεσθαι ἀποστίλβουσαν, ὅταν τὴν θάλατταν ῥάβδῳ τύπτῃ τις*: et alibi, *Φαίνεται γὰρ τὸ ὕδωρ στίλβον τυπτόμενον*. Basil. περὶ Νηστείας junxit accusativo tanquam activum, pro Cum fulgore emitto, vel Quasi cum fulgore, aut Emitto tanquam splendorem quendam, s. fulgorem: *Ὡς ὅσον ὑφαιρεῖς τῆς σαρκὸς, τοσοῦτον ποιήσεις τῆς πνευματικῆς εὐεξίας τὴν ψυχὴν ἀποστίλβειν*. Itidem Arethas de chrysolitho loquens, *Χρυσοειδεῖς ἀποστίλβων λαμπρότητας*. [" Alciphr. p. 6. ad Lucian. 1, 323. 847. Reiz. Belg. Gr. 631." Schæf. Mss. Od. Γ. 408. *ἀποστίλβοντες ἀλείφατος*. * " Ἀπόστιλψις, Schol. Od. Θ. 265. Hes. v. Αἰγίς." Wakef. Mss. Schol. Apoll. Rh. 3, 1377. * " Ἐναποστίλβω, Intus splendeo s. niteo, Chrys. ad Theodor. 1. T. 6. p. 60, 44. *Οὗτος ἁγιώτερος ἐκείνου ὁ ναός· οὐδὲ γὰρ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ πνεύματος ἐναπέστιλβε χάριτι*." Seager. Mss. * Διαστίλβω, Gl. Mico, Aristoph. Εἰρ. 566. Anthol. 7, 631. " Toup. Opusc. 1, 13. Aristoph. Fr. 217." Schæf. Mss. * " Ἐκστίλβω, Georgius Lapitha ap. Boiss. ad Procl. H. in Sol. 9." Boiss. Mss. Ἐκστίλβω, * Ἔκστιλβος, Fabric. B. Gr. 8, 121. Friedemann. de Med. Syll. Pentam. Gr. 349.] Ἐπιστίλβω

Niteo, Fulgeo, Lucian. (2, 426.) i. q. simplex *στίλβω*: SICUT ET *Καταστίλβω* itidem signif. Niteo, Fulgeo, Renideo, Resplendeo, Refulgeo. [" Ruhnk. Ep. Cr. 60. Ilgen. Hymn. 592." Schæf. Mss. Hom. H. in Martem 10. * " *Μεταστίλβω*, Const. Manass. Chron. p. 101." Boiss. Mss. * *Παραστίλβω*, Stob. Phys. 590. Clem. Alex. Pæd. 3. p. 252=216.] *Περιστίλβω*, Circumfulgeo, Circumcirca niteo et splendeo, ex Epigr. Exp. et Nitidum ac splendidum reddo. [Gl. Radio, Præfulgeo. " Eunap. 27. Diod. S. 1, 213." Wakef. Mss. * *Ὑπερστίλβω*, J. Poll.] *Ὑποστίλβω*, Aliquantum splendeo, Modice s. Subtus niteo, splendeo s. fulgeo, [" ad Lucian. 1, 323." Schæf. Mss. " Opp. K. 1, 420." Wakef. Mss.]

" ΣΤΙΛΗ, Numulus, Minutum quoddam numi-" sma. Unde *ὅσον στίλην* dicit Aristoph. (Σφ. 213.) " significare volens Tantillum, adv. Vide ejus " Schol., item J. Poll." [Phot. *Στίλην· τὸ ἐλάχιστον. Ἀριστοφ. Σφ. Τί οὐ κατεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην.* " Bergler. ad Alciphr. 184." Schæf. Mss.]

ΣΤΛΕΓΓΙΣ, *ίδος, ἡ*, Strigil, Instrumentum quo utimur in corpore destringendo: alio nomine *ξύστρα* dicitur, a v. *ξύω*, ut Strigil a Stringo: sic *γλυφὶς* a *γλύπτω*. J. Poll. refert inter Gymnastica instrumenta. Solebant enim athletæ ad certamen descendentes radi s. destringi, deinde ungi. In balneis quoque utebantur *στλεγγίσι*. Aristoph. *οὐδὲ γὰρ αὐτὴ στλεγγὶς, οὐδὲ λήκυθος.* Idem Senecta, *εἰ παιδαρίοις ἀκολουθεῖν δεῖ σφαῖραν καὶ στλεγγίδ' ἔχοντα.* Plut. Instit. Lac. (6, 888.) Spartanos dicit solitos fuisse uti *στλεγγίσιν οὐ σιδηραῖς, ἀλλὰ καλαμίναις*, Strigilibus non ferreis, sed arundineis. Philelphus ibi vertit Pectinibus. || Appion *στλεγγίδων* nomine accipit *σταγόνας ἐλαίου*, ut refert Schol. Aristoph. Ἱππ. (580.) exponens h. l. *Μὴ φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι μηδ' ἀπεστλεγγισμένοις*: ut *ἀπεστλεγγισμένοις* sit *ἔλαιον ἀληλιμμένοις.* Sed parum verisimilis mihi equidem videtur ea exp.; et rectius ipse Schol. *ἀπεστλεγγισμένοις* exponere *ἀπεξεσμένοις καὶ ἐπανήκουσιν ἀπὸ ἀλείμματος, ἐκκεκαθαρμένοις, ματτομένοις.* Ibid. annotat, *οὐ πρὸς τὸ περιξύεσθαι* utilem tantummodo esse *τὴν στλεγγίδα*, sed etiam *πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύσασθαι.* || Ibid. annotat, *στλεγγίδα* vocari et *χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῶν γυναικῶν*, Laminulam s. Bracteam auream, quam mulieres capiti solerent circumdare. Quo modo accipi potest in h. l. ap. Athen. 4. init. * *Προεστεφανώκει δὲ καὶ ἕκαστον, πρὶν εἰσελθεῖν, στλεγγίδι χρυσῇ πέντε χρυσῶν*: paulo post, *Ἐπὶ πᾶσί τε* (sc. *τοῖς στεφάνοις*, qui in convivium introferebantur,) *χρυσαῖ στλεγγίδες, ὁλκὴν ἴσαι τῷ πρώτῳ στεφάνῳ.* Fortassis hæc *ἐλασμάτια* sua figura s. forma referebant *τὴν στλεγγίδα*, qua in destringendo utebantur, indeque nomen sortita sunt. J. Poll. 7. (p. 816.) dicit esse *δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ περὶ τὴν κεφαλὴν φοροῦσι.* Vide et *Στελεγγίς.* [Vide Hutchins. ad Xen. K. 'A. 1, 2, 10. " Heringa Obss. 113. Herodian. Philet. 468. et n., Toup. Opusc. 1, 461. Phryn. Ecl. 130. 204. (299. 460. Lobeck.) Jacobs. Anth. 7, 73. 8, 119. 170. Brunck. Aristoph. 1, 115. 3, 24. Fr. 228. 239. Kuster. 110. ad Diod. S. 1, 608. Bast Lettre 61. ad Lucian. 2, 320. Schneid. Anab. p. 13. Heind. ad Plat. Charm. 79." Schæf. Mss. " Athen. 128." Wakef. Mss. Aristoph. Θ. 556. *ὡς στλεγγίδας λαβοῦσαι Ἔπειτα σιφωνίζομεν τὸν οἶνον.* Vide Schn. Lex. * " *Στρεγγὶς*, Phryn. Ecl. 131." Schæf. Mss. * *Στλαγγὶς, τὸ χρυσοῦν στεφάνιον*, Schol. Plat. p. 91. * *Στλεγγιδοποιὸς*, Photio *ὁ χαλκεύων τὰς στλεγγίδας, ἃ νῦν ξύστρα καλεῖται*, Lex. Rhet. in Bekkeri Anecd. Gr. 1, 303. Strabo 15. p. 1044. * *Στλεγγίδιον*, Gl. Strigilecula, Athen. 605.]

Στλεγγὶς vocabatur ETIAM *Πλεγγὶς*, si non mentiuntur Pollucis exempl. impressa, 3: sub finem, *Ἐκαλεῖτο δὲ* (sc. *ἡ στλεγγὶς*) *καὶ πλεγγὶς, καὶ ξύστρα, καὶ σπαθίς.* Ibid. LEGITUR *Στελεγγιδολήκυθος*, cum ait *καὶ τὸν παῖδα ἐρεῖς ληκυθοφόρον· πονηρὸν γὰρ ὁ στελεγγιδολήκυθος.* Sed non dubito quin scr. sit *στλεγγιδολήκυθος*, sublato ε e prima syllaba: intelligo autem hoc VOCABULO *Στλεγγιδολήκυθος*, Puerum qui athletæ in certamen descendenti, aut hero suo in balneum proficiscenti, portabat strigilem, qua corpus ejus distringeret, et vas olearium, e quo eum inungeret. Nisi malis REPONERE *Στελγιδολήκυθος.* DICITUR enim ETIAM *Στελγὶς* pro *στλεγγὶς*, facta literarum quarundam transpositione et ablatione: ut ap. Suid. *Στελγίδες καὶ * καταμάγια, τὰ εἰς τὸ λούεσθαι χρειώδη*: ubi itidem exp. *ξύστραι.* Quinetiam ap. Hes. *στελγὶς, ξυστρίς*: ap. quem legitur et, *στέλγει, ξύστρᾳ*, quasi a nomine paroxytono *στέλγις, στέλγεως.* [" Phryn. Ecl. 205(=460. Lob.)" Schæf. Mss. Στ. *χρυσῆ*, Tænia s. Fascia aurea ad capitis ornamentum, Polyb. 26, 7, 10.] Rursum tamen ap. eund. J. Poll. 7. c. ult. sic legimus: *Στελεγγιδοποιὸς, στελιγγοποιὸς, στελεγγὶς, ἀποστελεγγίσασθαι, καὶ ἀπεστλεγγισμένος.* Itaque si exempl. ibi incorrupta sunt, DICITUR *Στελεγγὶς* quoque pro *στλεγγὶς*, Strigil. [Athen. 674. *Τῷ ἀπὸ τῆς χώρας καλάμῳ στεφανοῦνται ἢ στελεγγίδι*, " Schneid. ad Xen. K. 'A. p. 13." Schæf. Mss.] ET *Στελεγγιδοποιὸς* SIVE *Στελεγγοποιὸς*, Qui strigiles conficit, Strigilum fabricandarum artifex. Quod tamen posterius *στελιγγοποιὸς* procul dubio mendosum est. ITEM *Στελεγγίζω*, Strigili rado, Destringo, ut *στλεγγίζω*: ET *Ἀποστελεγγίζω*, Strigili derado, abrado, Destringo. [* *Ἀποστελέγγισμα*, Strabo 5. p. 342.] A *στελγὶς* autem EST *Στελγιδοποιὸς*, i. q. *στελεγγιδοποιὸς* s. *στλεγγιδοποιὸς*, Faber strigilum, Qui strigiles fabricat. Legitur ap. Etym., necnon in Lex. meo vet. *Στελγιδοποιὸς, ὁ χαλκεύων τὰς στελγίδας.* [Cf. *Στλεγγιδοποιός.*] Item VERB. *Στελγίζω*, i. q. *στλεγγίζω*, s. *στελεγγίζω.* UNDE *Στέλγισμα*, i. q. *στλέγγισμα*, Strigmentum: ut et in Lex. meo vet. *Στελγίσματα, ἀποξύσματα*: ubi etiam subjungitur, *στελγίδες γὰρ, αἱ ξύστραι, αἱ τὰς πληγὰς τοῦ σώματος ἀποξύουσαι*: sic vero vocari etiam *τὸ κτένιον*, Pectinem, Pectunculum. [Lycophr. 874.] INDE ET *Στέλγιστρον, τὸ*, i. q. *στελγὶς*, Strigil, Instrumentum quo in destringendo utimur. Sic enim in Lex. meo vet. *Καὶ ἡ ἀποξύουσα πλατεῖα μάχαιρα τοὺς νεουργεῖς τῆς κεφαλῆς πίλους, στελγὶς καὶ στέλγιστρον λέγεται*: ubi etiam nota, *στελγίδα* dici *μάχαιραν πλατεῖαν*, Gladium latum, sicut *στλεγγίδα* J. Poll. scribit vocari et *σπαθίδα.* Erant enim *σπαθίδες* latiores et tenuiores in modum gladii.

[* *Στλέγγος*, * *Στλεγγίον*, ad Greg. Cor. 28. Schæf.]

" *Τλεγγὶς*, quæ et *στλεγγὶς, τὸ παρ' ἡμῖν κτένιον*, " Suid."

ΣΤΛΕΓΓΙΖΩ, Distringo, Strigili rado s. abrado. Unde partic. *στλεγγιζόμενος*, quod Suid. citat ex Aristoph., et exp. *ἀποξυόμενος.* Idem Aristoph. comp. etiam utitur. *Στλέγγισμα, τὸ*, Strigmentum, Sordes quæ stringendo s. destringendo auferuntur, strigili abraduntur, *ὁ ἀπὸ τῶν ἀποξυσμάτων γλοιὸς*, [Schol. Plat. 91. *στλεγγίσματα, τὰ * περιξύσματα*, Schæf. Apoll. Rh. T. 1. p. 368. " Brunck. 164. Jacobs. Anth. 8, 119. * *Στλεγγιστὸς*, unde * *Ἀστλέγγιστος*, 7, 73." Schæf. Mss. Anal. 1, 223. Barker. ad Etym. M. 1113.] *Ἀποστλεγγίζω*, Destringo, Abrado, Lucian. *Ἐγὼ δὲ τὰ μὲν, βάδην, τὰ δὲ, ἀποδραμὼν οἴκαδε, ἀπεστλεγγισάμην*, Sudorem extersi ab exercitatione, Lavi et sudorem destrinxi, Bud.: [cf. 3, 18.] Addit vero Idem ex Hes., *Ἀποστλεγγίζομαι* pass. *ἀποξύομαι*: unde partic. præteriti temporis *ἀπεστλεγγισμένος*, i. e. *ἐξυσμένος*, quod habes in *Στλεγγίς.* [" Phryn. Ecl. 204. Jacobs. Anth. 7, 73. Kuster. Bibl. Chois. 65. Brunck. Aristoph. 3, 24. Herodian. Philet. 468. et n." Schæf. Mss. *Ἀποστλεγγίσαι*, Schæf. Apoll. Rh. T. 1. p. 367.] *Ἀποστλέγγισμα, τὸ*, Ramentum. Sic dicuntur *ἀποστλεγγίσματα* ab *ἀποστλεγγίζομαι*, ut supra vidimus dici *ἀποξύσματα* ab *ἀποξύομαι* pro Ramentis, Minutiis alicunde abrasis. [" Brunck. Apoll. Rh. 163." Schæf. Mss.] " *Περιστλεγγίσαι*, Distringere circumcirca: " Hesychio *περιξύσαι*: nam *στλεγγὶς*, inquit, dicitur " *ἡ ξύστρα.*"

[* *Στλεγγὺς πυρὸς*, Theophr. H. Pl. 8, 4, 3. nota.]

" ΣΤΟΑ, Porticus. Proprie tamen *περιστύου* est

" *μέρος*, si Polluci credimus: scribenti *τὸν περίστυλον τόπον* vocari *περικίονα*, ab Atticis autem *περίστοον*: et addenti, *στοὰν δὲ κάλει* (ita enim scr. censeo pro *καλεῖ*) *τὸ μέρος αὐτοῦ*: siquidem *στοὰ* vocatur *τὸ πλευρόν*. Sed usum his non assentiri fatetur: adjungens, *ἡ μέντοι χρῆσις καὶ ἐπὶ τὰ ἐναντία τέτριπται*. Xen. 'Ελλ. 5. init., *'Εν ᾧ δὲ ἡ μὲν βουλὴ ἐκάθητο ἐν τῇ ἀγορᾶς στοᾷ, διὰ τὸ τὰς γυναῖκας ἐν τῇ Καδμείᾳ θεσμοφοριάζειν*. Variæ autem porticus varia cognomina habebant: ut legimus *τὴν μακρὰν στοὰν* ap. Dem. Erat et *ἡ στοὰ τῶν 'Ερμῶν*, cujus meminit Æschin. c. Ctes. Erat et *ἡ ποικίλη*, cujus ab Eod. fit mentio. Et quidam Comicus ap. Athen. 3. *τὰ ἐκ τῆς ποικίλης στοᾶς λογάρια* dixit, Philosophos irridens. Erat et *στοὰ βασίλειος*, Athenis, Porticus regia, in dextra Ceramici parte, in qua rex sedere solebat, cujus magistratus, *βασίλειος ἀρχὴ* dictus, erat annuus. Hæc e Paus. afferuntur: ap. quem plura vide *περὶ τῶν στοῶν*: lege item Harpocr., necnon J. Poll. Ceterum Stoici Philosophi dicebantur *οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφοι*: sed plerumque non addito hoc nomine *φιλόσοφοι*. Alioqui una etiam voce *Στωϊκοὶ* vocabantur: mutatione literæ *ο* in *ω*. Per contemtum dicti fuerunt et *Στόακες*," [s. * *Στώακες*]: " quo utitur quidam Comicus ap. Athen. (563.) || *Στοαὶ* dicebantur etiam Loca in quibus frumentum recondebatur, *τὰ ταμεῖα ἐν οἷς ὁ σῖτος, στοὰς λέγουσι*, Schol. Aristoph. in quendam ejus l. 'Εκκλ." [14. "Ad Mœr. 295. 339. ad Charit. 631. Schneid. Scriptt. R. R. 3, 2. p. 24. Heyn. Hom. 5, 242. 635. *Στ. βασίλειος*, ad Xen. Œc. 7, 1. Fac. ad Paus. 1. p. 11. Kuhn. ad eund. l.: *ποικίλη*, ad Corn. Nep. 50. Staver.: *ἀλφίτων*, Kuster. Aristoph. 213. *Οἱ ἀπὸ, ἐκ τῆς στοᾶς*, Act. Traj. 1. p. 236. Bergler. Alciphr. 405. 434. * *Στοιὰ*, ad Mœr. ll. cc. ad Herod. 222. Brunck. Aristoph. 2, 40. ('Εκκλ. 676.) * *Στωὰ*, ibid." Schæf. Mss. Vide *Περίστῳον*. " Phot. *Στοὰν καὶ σὺν τῷ ι στοιὰν* (*στοίαν* paroxytone scribitur in nott. ad Hes.) *ἑκατέρως λέγουσι*. Apud Thuc. 7, 90. Plat. (v. Fisch. ad Euthyphr. init.) Xen. et Aristoph. *στοὰ*, ap. hunc etiam ternis locis *στωὰ* legitur, ubi spondei necessitas aut Poëtam ad mutandam scripturam impulit, aut librarios a mutatione prohibuit. Hinc et *πρόστῳον* ducitur et * *πρόστοον*. Hes. *Προδόμῳ· προστάδι, προστόῳ*: ubi Albert. *προστῴῳ* malit, quam scripturam Grammatici et huic et ceteris adjectivis ab ead. origine profectis asserunt, v. Moschop. Sched. 89., sed et illud ap. Plat. extat et * *περίστοος* Diod. 5, 40. Hes. v. *'Ορθόπτερος*, et * *Τετράστοος*, Zosim. Hist. 2, 31. p. 154. (* *Τετράστοον*, Gl. Atrium.) Caput est verb. * *Στέω*, unde ductum nomen et brevi et longa penult. et vero etiam cum diphthongo, ut *πνοιά*, *νεοίη*, prolatum et post Euclidem varie scriptum est." Lobeck. Phryn. 495. *Οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς*, Dionys. H. de C. VV. 42=70. Phot. *Στοαί· τὰ ταμιεῖα· παραμήκη γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς*: cf. Arrian. Anab. 1, 23. Pallad. 1, 18. Polyb. 1, 48. " * *'Εξάστῳον*, Herodian. Epimer. 267." Boiss. Mss. " Jo. Malal. 1, 388." Elberling. Mss.] " *Περίστοον*, Atticis dicitur *ὁ περίστυλος τόπος*, qui et *περικίων*, teste J. Poll. 1. Locus septus columnis; Peristylium Vitruvio. Itidem Hes. exp. et Suid. Sed idem Suid. etiam magis proprie *στοὰς ἔχον*, Circa quod porticus et ambulacra sunt, et ea columnis in orbem cincta. Scribitur etiam *περίστῳον*, et eo quidem modo ap. Suidam. Etym. annotat scribi cum *ι*, sequendo characterem nominum in *ῳον*: e *στοιὰ* enim significante *στοὰ* fieri primum *περίστοιον*, inde *περίστῳον*, *ἐκτάσει τοῦ ο εἰς ω* et subscripto *ι*." [" *Περίστοον*, ad Mœr. 295. Diod. S. 1, 362. Brunck. Soph. 3, 524." Schæf. Mss. *Περίστῳον*, Gl. Atrium. *Περιστῷον*, Barker. ad Etym. M. 1088. * " *Πολύστῳον*, Herodian. l. c." Boiss. Mss.] " *Πρόστῳον*, Suidæ *τὸ ἔμπροσθεν τῆς στωᾶς*, Locus qui ante porticum est, Porticus vestibulum, Plato, *'Εν τῷ προστῴῳ περιπατοῦντα*. Idem, *Καθήμενον ἐν τῷ καταντικρὺ προστῴῳ ἐν θρόνῳ*. Bud. Apud Hes. vero legitur, *Πρόστῳ, κοιτῶνι*: forsan pro *προστῴῳ*." [* " *Πρόστωος*, Jacobs. Anth. 12, 175. * *Πρόστοος*, Heyn. Hom. 8, 8. *Πρόστοον*, 5, 634. *Πρόστῳον*, 8, 639. *Προστῷον*, ad Mœr. 295." Schæf. Mss. Barker. l. c. * " *Τετράστῳον*, Jo. Malal. 1, 384. 385." Elberling. Mss. * *Στοΐδιον*, Strabo 9. p. 606 =360. * " *Στωΐδιον*, Epictet. Diss. 2, 16." Schw. Mss. " Diog. L. Theophrasto p. 183. HSt." Seager. Mss. * *Στῴδιον*, Osann. Philem. p. xxxv. *Στῴδιον*, * *Στοΐδιον*, Barker. ad Etym. M. 1089. Lobeck. Phryn. 88. * *'Επιστῴδιον*, * *'Επιστοΐδιον*, ibid. * " *Στοϊκὸς*, Jacobs. Anth. 9, 256. Matthæi ad Nemes. p. 291. 309. *Στωϊκὸς*, Jacobs. l. c. Brunck. Aristoph. 2, 40. ('Εκκλ. 676.) *Στωϊκὸς* et *ἱστορικὸς* conf., Ruhnk. Add. ad Vell. 188." Schæf. Mss. *Οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως*, Dionys. H. de C. VV. 12=18. * " *Στωϊκεύομαι*, Stoicum ago, Euseb. Pr. E. 736." Wakef. Mss.]

ΣΤΟΜΑ, *τὸ*, Os. Duobus modis dicitur: uno, quantum diducta labra patent; altero, et proprio, totum id spatium quod diductis labris ad imas usque fauces interjacet, in quo dentes, palatum, lingua, gurgulio, et tonsillæ duæ continentur. Hæ enim oris partes nuncupantur, quarum omnium una tunica continua est, etiam naribus communis. Via est nutrimenti maxima, (ut Aristot. quoque Polit. 4. *στόμα* et *κοιλίαν* esse dicit *τὸ τῆς τροφῆς ἐργαστικὰ καὶ δεκτικὰ μόρια*,) spiritus et respirationis principium, aërem intra se admittens, qui inde partim ad cerebrum, partim per pulmones in cor proficiscitur. Verum potissimum vocis organon est; deservit autem vel maxime expurgando cerebro, mucum ab eo suscipiens: sed non minus ventriculo et thoraci et his annexis partibus, per eandem nimirum viam expellens, per quam etiam attraxit. Vicissim aperitur et clauditur. Hæc inter alia Gorr. Il. Ψ. (777.) *"Ενθ' ὄνθου βοέου πλῆτο στόμα τε ῥῖνάς τε*: (395.) *'Αγκῶνας δὲ περιδρύφθη, στόμα τε ῥῖνάς τε*: B. (489.) *Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν*, Virg. Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox. Et ap. Athen. (132.) *Οὔτε στόματα γὰρ οὔτε χείλη πέντ' ἔχω*. Item *λάβρον στόμα*, Os procax, quod in equis cohibetur *ὀπισθοδέτοισιν ἱμᾶσι*: unde et Xen. 'Ιππ. (10, 12.) præcipit *ἀνακρούειν τὸ στόμα τοῦ ἵππου*. Hinc metaph. *ἀχάλινον στόμα*, ut Lat. quoque Os infræne s. effræne: cujus *τέλος* esse *δυστυχίαν*, docet Eur. Bacch. (385.) refertque ex eo Plut. (8, 5.) Eur. ap. Aristoph. (837.) de Æschylo, *αὐθαδόστομον "Εχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα*, Hominem oris durissimi, infrænis, incontinentis, nec ullis valvis clausi. Ubi observa tum alia epitheta, tum *ἀπύλωτον στόμα*, Nullis valvis s. portis clausum, s. Cui nulla porta et obex potest obdi: quod Plut. de Educ. Liberis *ἀθύρωτον στόμα* appellat: sic *ἀθυρόγλωσσος ἀνὴρ* dicitur Euripidi Or. (901.) qui et *ἀθυρόστομος* et *αὐθαδόστομος*. Itidem vero *πύλας στόματι* tribuit idem Eur. dicens in Hipp. (882.) *τόδε μὲν οὐκέτι στόματος ἐν πύλαις καθέξω*: ut enim clauso ostio prohibetur exitu is qui est in ædibus, ita ore clauso, in pectore retinentur arcana. Sic rursum Plut. (8, 5.) *Στόμασιν ἀκλείστοις καὶ ἀθύροις*. Item *στόμα κεχηνὸς πάμμεγα*, ut ejus qui *καταπίεσθαι* s. deglutire aliquid vult, Lucian. (2, 284.) Item *δεόμενον στρογγύλου στόματος*, Dem. Phaler. Et Aristoph. ap. Plut. (6, 108.) dicit de Eur. *Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ*. Horat. quoque dicit Graiis ingenium, Graiis dedisse ore rotundo Musam loqui. Diversis verbis junctum diversa loquendi genera facit. Dicitur enim qui comesturus est aliquid, *προσβάλλειν* alicui rei *στόμα*, pro quo Lat. potius dicerent, Ingerere s. Indere ori, Injicere in os: ut ap. Athen. (421.) *Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθην στόμα*. Sic *ἐντιθέναι στόματι*: unde *ἔνθεσις*. Sed multo frequentiores occurrunt phrases, in quibus *στόμα* sermonis instrumentum est. Dicitur enim *λύειν* et *ἀνοίγειν στόμα*, qui verba facturus s. locuturus est. Isocr. Panath. *'Επελήλυθέ μοι τὸ παῤῥησιάσασθαι, καὶ λέλυκα τὸ στόμα*. Sic Soph. Aj. (1225.) *Δῆλος δέ τ' ἐστὶ σκαιὸν ἐκλύσων στόμα*. Virg. itidem dicit Ora resolvere, Ovid. solvere. Matth. 5, (2.) *'Ανοίξας δὲ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτούς*. Sic 13, (35.) *'Ανοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου*. Itidem Act. 18,

(14.) Μέλλοντος τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, Cum verba facturus os aperuisset. Et ad Ephes. 6, (19.) Ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, Cum verba facturus os aperio. Ead. signif. dicitur διαίρειν τὸ στόμα, Diducere os, i. e. Aperire os, Dem. Οὐδὲ διῆρε τὸ στόμα, Ne diduxit quidem os, i. e. Ne verbum quidem fecit. Sic Chrys. Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ χᾶναι οὐδὲ διᾶραι τὸ στόμα συνεχωρήσαμεν αὐτοῖς, Ne hiscendi quidem occasionem reliquimus ipsis, Bud. Itidem ap. Lucian. (2, 516.) Κωφὰ προσωπεῖα διῃρμένα τὸ στόμα καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, Personæ ore aperto hiantes. Contra στόμα δακὼν, Qui reprimit gestientem erumpere orationem, ut θυμὸν δακὼν, Iram reprimens, Aristoph. N. (1369.) Cam. Metaph. est ab iis qui morsu labra premunt, ne lingua quid temere effutiat. Itidem ἔχειν στόμα, Os continere. Eur. Suppl. (513.) σῖγ', Ἄδραστ', ἔχε στόμα, Silentio os cohibe. Quo sensu Idem dicit στόματος ἐν πύλαις κατέχειν. At εὖ ἔχειν στόμα Suid. ap. Eupolidem exp. εὐφημεῖν, quod Lat. dicunt Bona verba dicere. Apud Soph. Phil. (201.) p. 385. una voce legimus εὔστομ' ἔχε, παῖ: quod Schol. usurpari tradit pro σιώπα, Tace. Lat. dicunt Favere linguis, pro Silere, Tenere silentium. Superiori autem δάκνειν στόμα affine est ὑπίλλειν στόμα: quo utitur Soph. Antig. (509.) Ὁρῶσι χ' οἵδε, σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα: q. l. citans Eust. exp. ὑποβάλλουσι κλείοντες, οἷα ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες. Alii sic, Ore distorto tibi illudunt. Consequens his est ἐμφράττειν στόμα, Os obturare, obstruere, occludere: quo utitur Dem. (406.) Sic Plut. (6, 328.) Ταῦτα ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾷν ποιεῖ. Paulum diverso sensu, ad Hebr. 11, (33.) Ἔφραξαν στόματα λεόντων. Præpp. quoque huic nomini junctæ diversa efficiunt loquendi genera. Primum ἀνὰ στόμα, Od. Σ. (96.) αὐτίκα δ' ἦλθεν ἀνὰ στόμα φοίνιον αἷμα, Subito venit ad os purpureus sanguis, i. e. Subito erupit ex ore, Il. Π. 350. τὸ δ' ἀνὰ στόμα καὶ κατὰ ῥῖνας Πρῆσε χανὼν, Sanguinem per os et nares hians efflavit, s. cum spiritu ejecit, ἐξεφύσησεν, μετὰ πνεύματος ἐξέδωκε, διεπέρασε, ut exp. in meo Hom. Ms. Item ἀνὰ στόμα ἔχειν, quod Lat. dicunt in ore habere: Græce alio modo ἐν στόματι ἔχειν, διὰ στόματος ἔχειν s. φορεῖν. Il. B. (250.) Τῷ οὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις, Καί σφιν ὀνείδεα τε προφέροις, Nequaquam principes viros in ore habens verba facias, et probra in eos jacias. In bonam partem, Xen. Ἱερ. (7, 9.) Ἀνὰ στόμα τε ἔχουσιν ἐπαινοῦντες, In ore habent et laudibus evehunt. Cic. Ediscat Hesiodum et habeat in ore. Idem in malam partem, ad Att. 4. Habent in ore nos ingratos. Deinde cum ἀπὸ, ut ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, Memoriter dicere s. Recitare, ἀποστοματίζειν, seu, ut Cic. Catil., E memoria exponere, ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν: cui opp. De scripto s. scripto dicere. Xen. Σ. (3, 5.) Καὶ νῦν δυναίμην ἂν Ἰλιάδα ὅλην καὶ Ὀδύσσειαν ἀπὸ στόματος εἰπεῖν. Sic Plut. Symp. 6. Τούτων αὖ τῶν δραματικῶν διαλόγων τοὺς ἐλαφροτάτους ἐκδιδάσκονται παῖδες, ὥστε ἀπὸ στόματος λέγειν. Eod. loquendi genere utitur Idem in Solone et Themistocle. At ἀφ' ἑνὸς στόματος, quod Lat. dicunt Uno ore. Dicitur etiam ἐξ ἑνὸς στόματος, ut paulo infra docebo. Lucill. Epigr. in Astrol. Τῷ πατρί μου τὸν ἀδελφὸν οἱ ἀστρολόγοι, μακρόγηρων Πάντες ἐμαντεύσανθ' ὡς ἀφ' ἑνὸς στόματος, Omnes tanquam uno ore prædixerant. Tertia præp. est διά: ut διὰ στόματος εἶναι, eo sensu quo Terent. In ore est omni populo, Cic. Res percrebuit, In ore atque sermone omnium cœpit esse. Idem dicit etiam In ore vigere, item in Ore versari. Verr. 3. Istius nequitiam et iniquitatem tum in ore vulgi atque in communibus proverbiis esse versatam. Theocr. 14, (21.) Πᾶσι διὰ στόματος, sub. ἐστὶ, In omnium ore est, In omnium hominum ore et omnium sermone versatur. Sic Lucian. (2, 347.) Οὐδὲ διὰ στόματος ἐπὶ τῷ χείρονι τοῖς ἀρίστοις ἔσῃ. Hom. dicit διὰ στόμα pro διὰ στόματος, Il. K. 375. ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίνετ' ὀδόντων, Dentes in ore colliduntur, Ξ. 91. Μῦθον, ὃν οὔ κεν ἀνήρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο, In ore habeat, s. Ore efferat aut proferat, διὰ στόματος ἔχοι: nam et sic loquuntur Græci, ut Lat. dicunt In ore habere.

στρωματεῖς erant *διαποίκιλοι*, ideo ad alia quoque transfertur vocabulum illud. Piscis enim quidam *στρωματεὺς* dicitur, quia ejus tergum virgis aurei coloris variatum est. Athen. (322.) *Ὅμοιος ἰχθὺς ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ ὁ προσαγορευόμενος στρωματεὺς, ῥάβδους ἔχων δι' ὅλου τοῦ σώματος τεταμένας χρυσιζούσας.* Itidem et Clemens Alex. quosdam suos libros inscripsit *Στρωματεῖς* ob varietatem argumenti, ut ipse etiam indicat initio l. 4. *Ἔστω δὲ ὑμῖν τὰ ὑπομνήματα ποικίλα, ὡς αὐτό που τοὔνομά φησι, διεστρωμένα, ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο συνεχὲς μετιόντα, καὶ ἕτερον μέντοι κατὰ τὸν εἱρμὸν τῶν λόγων μηνύοντα, ἐνδεικνύμενα δὲ ἄλλο τι.* Paulo post dicit hos suos *τῶν ὑπομνημάτων στρωματεῖς τὴν ἐπιγραφὴν καιρίαν ἔχειν*, sc. *διὰ τὴν πολυμιγίαν, καὶ τῶν θησαυρῶν τὴν παγκαρπίαν*: id enim innuit locis illis Sophoclis et Timoclis quos affert. Eosd. libros vocat *τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ὑπομνημάτων στρωματεῖς*, in fine libri primi. Itidemque secundum librum claudit his verbis, *Περιγεγράφθω καὶ ὁ δεύτερος ἡμῖν ἐνθάδε στρωματεὺς, διὰ τὸ μῆκός τε καὶ πλῆθος τῶν κεφαλαίων.* Hieron. hos libros vocat non solum *Στρωματεῖς*, sed etiam *Στρώματα*, sc. in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, Meminit autem in stromatibus suis voluminis Tatiani adv. Gentes. Ubi et Sophronius, opusculi illius Gr. Interpres, *Μέμνηται δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις Στρώμασι τοῦ τεύχους Τατιανοῦ τοῦ κατὰ τῶν Ἐθνῶν.* Plutarchi etiam *Στρωματεῖς* citat Euseb. Pr. E. 1. p. 15. *Τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων ἐγώ σοι τὰς περὶ ἀρχῶν δόξας, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαστάσεις καὶ διαφωνίας, ἐκ στοχασμῶν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ καταλήψεως, ὁρμηθείσας, ἀπὸ τῶν Πλουτάρχου Στρωματέων, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκθήσομαι.* Ubi locus quem citat, similis est cuidam Plutarchi 1, 3. *περὶ τῶν Ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις.* [" Casaub. ad Athen. p. 15. Mœr. 358. et n., Phryn. Ecl. 178(=401. Lob.) Thom. M. 811. Liber varii argumenti, Gell. N. A. 1. p. 4. Bip." Schæf. Mss.]

Στρωμνὴ, ἡ, i. q. *στρῶμα*, Stratum, Stragulum, Vestis stragula, Xen. (Ἀν. 2, 1, 30.) *Οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις*, cui similis est quidam locus citatus in *Στρῶμα*, de luxu Persarum: K. Π. 4, (5, 15.) *Σκηνὴν ἔχουσαν ἱκανὴν στρωμνὴν καὶ ἐσθῆτα*, Quæ stragulis et cetera veste satis instructa sit. Ubi nota copulari *στρωμνὴν* et *ἐσθῆτα*, sicut ap. Athen. (550.) ubi dicit Ephoros Spartanos quotidie inspexisse *τὰ περὶ τὴν ἔνδυσιν καὶ τὴν στρωμνὴν τῶν νέων*: et ap. Plut. Themist. (29.) p. 230., ubi dixit regem Persarum Themistocli dedisse urbes *εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην*, Quæ ei suppeditarent vestem stragulam quæque ad cultum corporis essent necessaria. Idem Plut. *περὶ Ἀοργησ.*, *Οὐδὲ κοιμηθεὶς ἐπὶ στρωμνῆς μὴ οἰδούσης*, Super stragulo non tumente. Athen. (512.) *Μαλακαὶ στρωμναὶ*, Mollia strata, ubi disputatur cur *τὰς μαλακὰς στρωμνὰς* vocent *κοίτας Ἡρακλέους*: Athen. 4. *Ἀνθιναὶ στρωμναί.* Et Herodian. 4, (2, 3.) *Χρυσοϋφεῖς στρωμνὰς ὑποστρωννύντες*, Longin. (43, 2.) *Πολυτελεῖς στρωμναὶ καὶ χλαμύδες, τὰ μὲν ἁλουργεῖς, τὰ δὲ ποικιλταὶ, τὰ δὲ λευκαί.* Itidem Lat. dicunt Vestem stragulam pretiosam, et, in plur., Picta stragula, Stragula purpurea. Synes. Ep. 61. *Δαπίδα μεγάλην τῶν Αἰγυπτίων, οὐχ οἵαν ὑποβεβλῆσθαι στρωμνῇ, ἀλλ' οἵαν αὐτὴν εἶναι καὶ μόνην, στρωμνὴν*, Non quæ subjiceretur stragulo, sed quæ ipsa per se sola straguli vice esset. Hes. *στρωμνὴ* exp. *κοίτη*, Suid. *κλίνη*. Vide et *Πλέκω*. [" Valck. Phœn. p. 156. ad Anton. Lib. p. 10. Verh., Musgr. Suppl. 1110. ad Charit. 656. Heyn. Hom. 4, 398." Schæf. Mss. * *Ἐστρωμνημένος*, Photio *ὁ ἐν τῇ στρωμνῇ μένων*, nisi leg. *ἐστρωμνισμένος* a * *στρωμνίζω*. * *Ὑποστρωμνίους*, Eid. *τοὺς ἐν τῇ στρωμνῇ κειμένους*.]

Στρῶσις, ἡ, Stratio, Stratura. De lecti structura et compositione accipitur in loco quodam, quem in *Στρώτης* citabo. Dicitur et *στρῶσις ὁδῶν*, Sternendarum viarum munus, Stratura viarum, ut Suet. loquitur in Claudio. [" Dionys. H. 1, 581." Schæf. Mss. Conf. c. *σταύρωσις*, ad Greg. Cor. 61. Gl. *Στρῶσις νεκρῶν ἐν πολέμῳ*, Strages. Cf. *Καταστρώννυμι*.]

Στρωτὴρ, Strator: *στρωτῆρες* dicuntur Trabiculæ s. Tigellæ quæ trabibus et tignis majoribus insternuntur. Suid. enim dicit *στρωτῆρας* vocata fuisse *τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δοκῶν τιθέμενα.* Quæ verba ap. Harpocr. quoque leguntur, citantem id vocab. e Lycurgo et Aristoph. Babyloniis. Sed ap. eum pro *δοκῶν* legitur *δουροδόκων*: quemadmodum et in Lex. meo vet. annotatur, Oratores *στρωτῆρας* vocare *τὰς μικρὰς δοκίδας τὰς ἐπάνω τῶν δοροδόκων* (sic enim ibi scriptum est vocabulum absque *υ*) *τιθεμένας, ἢ τὰς εἰς ὀροφὴν πεποιημένας.* Ibid. additur, *στρωτῆρα* ab aliis vocari *πλέγμα ἀπὸ ῥάβδων εἰς* * *ὀρόβωσιν πεποιημένον*, s. *πλέγμα ἀπὸ παπύρων εἰς σκηνὰς καὶ καλύβας πεποιημένον.* Quibus verbis significatur Textilis aliqua crates qua tuguriorum culmina solent superinsterni. Quæ exp. confirmatur hoc loco J. Poll. 10, (173.) c. 43. *Ἀλλὰ μὴν τῷ* * *στεγαστηρίῳ λόφῳ προσήκοιεν οἱ στρωτῆρες, καλυμμάτια.* Ubi utriusque hujus vocabuli exempla affert ex Aristoph. *Πόσους ἔχει στρωτῆρας ἀνδρῶν οὑτοσί*: quem l. e Babyloniis citat: [cf. Bekk. Anecd. 302.:] subjungit et hunc, *καλυμματίοις τὸν οἶκον ἤρεφε.* ITAQUE *Καλυμμάτια* fuerint Opercula quæ tecti culmini solent superinsterni. [Polyb. 5, 89, 6. " Heringa Obss. p. 12. Aristoph. Fr. 223." Schæf. Mss. Theophr. Fr. 8, 12. *Τοὺς στρωτῆρας ἢ τὰς δόκους ἀριθμεῖν.* Philo Belop. 78., cf. Liban. Ep. 1591. Gl. *Στρωτὴρ, ἡ λεπτὴ δόκος*, Asserculus: *Στρωτῆρες*· Asseres, Asserculi. " Arrian. 346. * *Στρωτήριον*, Etym. M. 228, 49. * *Στρωτηρίδιον*, Suid. et Hes. v. *Γεῤῥάδια*." Wakef. Mss.]

Στρώτης, ὁ, Strator; peculiariter de Lectorum stratore, s. Lectisterniatore, ut Plaut. dicit, Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito. Athen. (48.) ex Heracl. *Πρῶτοι δὲ Πέρσαι τοὺς λεγομένους στρώτας ἐφεῦρον, ἵνα κόσμον ἔχῃ ἡ στρῶσις.* Erant enim Persæ curiosi in stragulis mollibus delicatisque ac ornatis sibi comparandis, ut apparet ex iis etiam ll. quos in *Στρωννύω* ac *Στρῶμα* citavi. Lat. Stratores solent appellare Qui equos suorum dominorum insternunt: quos Græci, ex eo quod dominos in equos instratos attollant, *ἀναβολέας* vocant. Ælius Spartian. in Caracalla, Cum illum strator ejus in equum levaret. Ulpian. Pand. de Officio Procons. Nemo proconsulum stratores suos habere potest. [" Valck. Oratt. 272." Schæf. Mss. Plut. Pelop. 30. *Στρωτὴς*, Gl. Strator, Phot. v. *Τιμαγόρας, στρωτὰς θεράποντας.*]

Στρωτὸς, Stratus, Instratus, Stragulis tectus, Hesiod. Θ. 797. *κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος Στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι.* Alia etiam quocunque modo strata, dicuntur *στρωτά*. *Ἄστρωτος*, Qui stratus s. instratus non est, stragulo intectus non est: *ἵππος*, Equus non instratus, quales esse ajunt desultorios. [" Valck. Diatr. 170. Koen. ad Greg. Cor. 106(=231.)" Schæf. Mss. " Plato. Symp. 203(=231.)" Corai. Mss.] *Ἀστρωσία, ἡ*, quod compositum est ex *α στερητικῷ* et *στρῶσις*, Plato de LL. 1. (p. 633.) *Ἀστρωσίαι καὶ ἀνυποδησίαι*, Sine stragulis cubare et nudis incedere pedibus, Stragula sibi non substernere, nec pedibus subdere calceamina. Eadem forma compos. DICITUR *Χαμαιστρωσία, ἡ*, Humile stratum, s. Lectus humi stratus, ut sunt strata ex herbis et frondibus. Utitur hoc vocab. Schol. Soph. Phil. (33.) p. 379. *στειπτὴ φυλλὰς* exponens *χαμαιστρωσία ἐκ φύλλων*, Stratum humi e foliis paratum: qualibus utuntur *οἱ χαμαιεῦναι καὶ χαμαικοῖται.* Potest *χαμαιστρωσία* dici etiam *κοίτη ἣν ἡ γῆ ὑποστρώννυσι*, Cum quis in solo herbido decumbit, et herba ipsa straguli vicem præstat. [" Const. Manass. Chron. p. 131." Boiss. Mss. Dicitur autem hoc comp. a * *Χαμαίστρωτος*, In terra stratus, Athen. 460. " Nicet. Eugen. 6, 239. 245. Theod. Prodr. Rhod. p. 125." Boiss. Mss. " Phryn. Ecl. 133." Schæf. Mss.] *Βαθύστρωτος*, Profunde s. Alte stratus: ut fit *ἐν ταῖς οἰδούσαις στρωμναῖς.* Apud Suid. *Τὸν δὲ τῆς βαθυστρώτου καταβᾶσα κοίτης ἐπεδίωκεν ἡ νύμφη*, E lecto pluribus stragulis altiore reddito; solent enim plura substerni stragula iis qui mollius volunt cubare. Suid. ibi *βαθυστρώτου* exp. *πολυτελοῦς*. [* *Εὔστρωτος*, Nonn. D. 26. p. 496. Hom. Hymn. 3, 157. " Hymn. in Cer. 284." Schæf. Mss. * *Κακόστρωτος*, Æsch. Ag.

565. * Χορτόστρωτοι στιβάδες, Gl. Stramenta.]

[* " 'Αποστρώννυμι, Hes. v. 'Απέσαξεν." Kall. Mss. Vide nott. ad * 'Αποτρωμάξαι. Schleusn. Lex. V. T. Var. lect. ad Xen. K. 'A. 6, 5, 1. Vide Lex. Xen.] Διαστρωννύω SIVE Διαστρώννυμι, Sterno, Insterno, Athen. (142.) de frugalitate Cleomenis, Πρεσβειῶν παραγινομένων πρὸς αὐτὸν, πεντάκλινον διεστρώννυτο· ὅτε δὲ μὴ παρείη πρεσβεία, τρίκλινον. Plut. itidem in Vita ejus (c. 13.) p. 1486. meæ Ed., Τῶν δὲ δείπνων αὐτοῦ, τὸ μὲν καθημερινὸν, ἦν ἐν τρικλίνῳ, σφόδρα συνεσταλμένον καὶ Λακωνικόν· εἰ δὲ πρέσβεις ἢ ξένους δέχοιτο, δύο ἄλλαι προσπαρεβάλλοντο κλίναι. Lat. itidem dicunt Sternere triclinium, torum. [* Διάστρωμα, Gl. Digestum. * 'Εκστρωννύω, s. * 'Εκστρώννυμι, Diogenis Epist. nova 8. p. 254. Κλίναι γὰρ ἐξέστρωντο σφόδρα πολυτελῶς, male pro ἐξ ἔστρ.] 'Επιστρωννύω SIVE 'Επιστρώννυμι, Insterno, Supersterno, Instrato tego, Lucian. (3, 613.) 'Επιστρωννύσουσι τῇ γῇ νιφετὸν, Terram nivibus insternent s. operient, [" 1, 22." Schæf. Mss.] UNDE 'Επίστρωμα dici potest, ut κατάστρωμα, i. e. Instragulum, quo Cato c. 10. utitur pro Stragulo. Et Labeo ap. Ulp. dicit instrato contineri Omne vestimentum quod injicitur. Certe Instratum equi dicitur id, quo insternitur s. ἐπιστρώννυται, ut dicunt παριστάναι τὸν ἵππον τῷ ἱππεῖ ἐπεστρωμένον, Equum equiti ascensuro sistere instratum.

Καταστρωννύω, SIVE Καταστρώννυμι, Consterno, Gal. 'Αμπέλων ἕλιξι καὶ ῥόδοις καταστρωννύναι τοὔδαφος, Vitium claviculis et rosis consternere s. sternere pavimentum. Item Sterno, Prosterno: Κατέστρωντο πάντες, Omnes prostrati fuere, Omnium strages edita est. Sic Xen. 'Ελλ. 5, (2, 31.) p. 327. Τὸν Λακεδαιμονίων ἵππαρχον καταβάλλουσιν ἀπὸ τοῦ ἵππου, καὶ κείμενον πολλὰ κατέστρωσαν, [κατέτρωσαν,] καὶ ἄλλους ἀπέκτειναν, Jacentem multis straverunt s. prostraverunt ictibus: [K. Π. 3, 3, 28. " Wakef. Herc. F. 1002. Musgr. 16. Steph. Præf. Gloss., Pierson. Veris. 145. Zeun. ad Xen. K. Π. 322. ad Herod. 642. 726. (8, 51.) Diod. S. 1, 728. Τὸ πεδίον ἅπαν νεκρῶν κατεστρώθη, 2, 65. 401. Κατεστρωμένον, Positum, Valck. Præf. ad Ammon. p. xiv." Schæf. Mss. 1 Cor. 10, 5. κατεστρώθησαν. Respicit Paulus Num. 14, 16. ubi cum in contextu v. reperiatur Mactandi, Alexx. posuerunt κατέστρωσεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, Deus illos prostravit in deserto. Sicut enim v. Prosternendi Latine teritur vi Delendi, Occidendique, sic Græce etiam καταστρωννύειν. Herod. 9, 75. Τοῖσι "Ελλησι ἐν τῇσι Πλαταιῇσι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι, Persæ apud Platæas a Græcis internecione sunt deleti. In peste Atheniensium, secundum Lucr. 6, 1262. passim corpora jacebant 'Multa siti prostrata viam per proque voluta.'" Valck. Schol. in N. T. 2, 258. " Schol. Od. P. 32. Floribus, Ælian. V. H. p. 581." Wakef. Mss.] Κατάστρωμα, τὸ, Superius pavimentum navis, Tabulatum quo navis superiore e parte strata est, quoque nautas discurrentes aut milites propugnantes sustinet. Idem J. Poll., inquit Bayf., dicit, Si erat constrata tectaque navis, inædificabantur πυργοῦχοι, i. e. Tigna continentia turrim: super quæ duæ turriculæ, dextra et sinistra: quarum medium erat κατάστρωμα, in quibus erant homines armati, quos Propugnatores vocat Cic. in Verr. 7. Præclara classis in speciem, sed inops et infirma, propter dimissionem propugnatorum et remigum. Polyb. 1. 'Επ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ἔχων καθωπλισμένους καὶ πρὸς μάχην ἑτοίμους τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, Habens armatos propugnatores, paratosque ad pugnam viros, qui in catastromatis et foris erant. Ubi addit Et foris, imitatione Gazæ, qui hæc Cic. de Sen. Alii per foros cursitant, sic interpr. Οἱ δὲ διὰ τῶν καταστρωμάτων τρέχουσι. Attamen Gell. Foros Latine vocat, quæ Herod. ἑδώλια, ut suo loco docui; atque adeo et ipse Bayf. ea de re dubitat alibi. Similes illi loco Polybii sunt hi Thuc. Unus, 1, (49.) Πολλοὺς ὁπλίτας ἔχοντες ἀμφότεροι ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, Multos propugnatores habentes utrique super catastromatis s. tabulatis navium. Alter 7, (62.) p. 253. Πρὸς τὴν ἐκείνων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρασκευήν. Et hic, 2, (90.) 'Απὸ τῶν καταστρωμάτων μαχόμενοι. Athen. (208.) in descriptione navis Hieronis, Τεῖχος δὲ, ἐπάλξεις ἔχον καὶ καταστρώματα διὰ νεὼς, ἐπὶ κιλλιβάντων κατεσκεύαστο. Itaque κατάστρωμα dicitur Tabulatum navis, quo ipsa constrata est, ut inambulari queat. [" Ad Charit. 673. Jacobs. Anth. 9, 68. ad Lucian. 1, 490. Bergler. ad Alciphr. 49." Schæf. Mss. Theophr. Char. 22, 2. * Κάστρωμα, Hesychio περίστρωμα. Cf. Καστόρνυμι.] A Καταστρώννυμι derivatum ET Κατάστρωσις, Constratio, Prostratio; Explicatio, Explanatio, VV. LL. quæ suspecta sunt. [" Conspersio, Euseb. Hist. Eccl. 6, 13." Wakef. Mss. * " Καταστρωτέον, Geop. 6, 2." Kall. Mss. * Καταστρωτὴς, Gl. Scansor.]

Περιστρώννυμι SIVE Περιστρωννύω, Circumcirca sterno, Circumquaque consterno, [" Athen. 1. p 29." Schæf. Mss. " Nonn. D. 18, 81. 37, 564." Wakef. Mss.] UNDE Περιστρώματα dicuntur Tapetia et aulæa quibus triclinia circumquaque sterni solent, item et lecti torique, Athen. 5. in descriptione pompæ Ptolemæi Philadelphi, Ταύταις δὲ ταῖς κλίναις ἀμφίταποι ἁλουργεῖς ὑπέστρωντο τῆς πρώτης ἐρέας, καὶ περιστρώματα ποικίλα διαπρεπῆ ταῖς τέχναις ἐπῆν· ψιλαὶ δὲ Περσικαὶ τὴν ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζωδίων. Ubi περιστρώματα ποικίλα διαπρεπῆ ταῖς τέχναις, vocat Peristromata decenti artificio picta ac variata, ut Martial. Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quæ variantur acu; Plaut. Ita vestra ego latera loris faciam ut valide varia sient, Ut ne peristromata quidem æque picta sint Campanica, Neque Alexandrina belluata consutaque tapetia. Idem Plaut. et ipse Babylonica peristromata dicit. Et ut ibi memorantur Campanica et Babylonica peristromata, ita Attalica. Utitur eo vocabulo Cic. quoque c. Phil. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres. Synonymum vocabulum est περιπέτασμα, ex eo dictum, quod circumcirca expandatur. Vide et Στρῶμα. [" Sunt autem Περιστρώματα, Stragula superiora lectorum, a quibus distinguuntur τὰ στρώματα τὰ κατώτερα, Athen. 48." Schw. Mss. " Casaub. ad Athen. p. 98. Mœr. 374. et n., Thom. M. 876. Kuster. Aristoph. 71. ad Diod. S. 2, 335." Schæf. Mss.]

[* Προστρωννύω, Gl. Prosterno.]

'Υπερστρωννύω SIVE 'Υπερστρώννυμι, Supersterno, Superinsterno, i. q. ἐπιστρώννυμι.

'Υποστρωννύω SIVE 'Υποστρώννυμι, Substerno, Stratum subjicio. Exempla hujus signif. habes in Στρώννυμι, Στρῶμα, Περίστρωμα, necnon in Στρωμνή. Affertur et ὑπεστρωμένη χείρ, Manus substrata, Palma manus. [" Valck. Oratt. 273. Toup. Opusc. 1, 286. Pierson. Veris. 145. 'Υπεστρῶσθαι φύλλα, Beck. ad Eur. Phœn. p. 190." Schæf. Mss. Eur. Hel. 59. Xen. K. Π. 8, 8, 8. 'Αρκεῖ—τὰς εὐνὰς μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι.] 'Υπόστρωμα, τὸ, Id quod substernitur, Stratum s. Stragulum quod subjicitur, Substratum, Substramen, ut Colum. loquitur. Et εἰς ὑπόστρωμα, Ad substernendum. Hes. ὑπόστρωμα exp. περίστρωμα: cum tamen περίστρωμα significet potius Stragulum quo aliquid circumcirca insternitur ac integitur: ὑπόστρωμα vero Stragulum quod substernitur s. subjicitur. [" Mœr. 374. et n." Schæf. Mss. Xen. 'Ιππ. 5, 2. Τὴν κόπρον καὶ τὰ ὑποστρ. τοῦ ἵππου ἐκφέρειν.] 'Υποστρωτέον, Substernendum est. Geop. (14, 18, 5.) de pavonibus, Ταῖς δὲ ᾠοτοκούσαις ἐν παντὶ τῷ οἴκῳ χόρτον ἢ ἄχυρον ὑποστρωτέον, ὅπως τὰ ᾠὰ πεσόντα μὴ διαφθαρῇ: pro his Columellæ, Pluribus stramentis exaggerandum est aviarium, quo tutius integri fœtus excipiantur. Itidem Plin. 10, 59. Ova pavonis nisi molli strato excepta franguntur. [" Andr. Cr. 80." Kall. Mss. * Μεθυποστρώννυμι, unde * Μεθυπόστρωσις, Hippocr. 763.] " Προϋποστρώννυμι, s. Προϋποστρωννύω, Prius substerno: unde particip. præt. pass. προϋπεστρωμένος." [" Geop. 4, 5. 5, 8." Kall. Mss.]

" ΣΤΟΡΘΥΓΞ, Cuspis s. Spiculum hastæ, Ferrum quo præfixa est sagitta. Pro Priapo in Epigr. Ibidem στόρθυγγα δικέραιον de Cornibus cervi, q. d. Bicornem ramum: unde Εὐστόρθυγξ κορύνη. Item

" Στόρθυγγες, Capilli cum sordibus impliciti, J. Poll., " VV. LL." [" Toup. Opusc. 2, 168. Porson. Præf. ad Hec. p. x. Jacobs. Anth. 8, 28. 204. Brunck. Soph. 3, 397." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 7, 39. Schol. Il. N. 443.] " Εὐστόρθυγγα κορύναν, Clavam " e bono pulcrove stipite; s. Clavam e robusto et " valido stipite, in Epigr." [Anal. 1, 229. Crinagor. Epigr. 6. "Jacobs. Anth. 7, 94. 8, 28. 383. Toup. l. c. * Μονοστόρθυγξ, Jacobs. Anth. 8, 204. 359." Schæf. Mss. " Suid. v. 'Αγροιώτης." Kall. Mss.] " Στόρθη " ap. Hes. i. q. στόρθυγξ, in illa prima signif."

" ΣΤΟΡΝΗ, Zona, Hes. Suid." [Lycophr. 1330. " Toup. Opusc. 1, 441." Schæf. Mss.]

ΣΤΡΑΓΞ, γγος, ἡ, Gutta s. Stilla paulatim defluens, ut cum per parva foramina destillat humor, ὁ διὰ λεπτοτάτης ὀπῆς σχολῇ κατιὼν σταλαγμὸς, Schol. Aristoph. (N. 131.) Itidem in Lex. meo vet. ἡ ἐπισχεθεῖσα ῥύσις, ubi affertur e Menandro, ὕδατος στράγγα ἔχων: [cf. Phot. " Valck. Anim. ad Ammon. 130. 132. Jacobs. ad Meleagr. p. 10. Wakef. S. Cr. 3, 131. ad Charit. 711. Heyn. Hom. 7, 85." Schæf. Mss. " Schol. Od. M. 350. Schol. Apoll. Rh. 4, 1048." Wakef. Mss. Theophr. H. Pl. 9, 18, 9. Gl. Stillicidium.]

Στραγγουρία, Cum urina stillatim descendit, Cum urina ægre it nec nisi stillatim. Cato de R. R. c. 156. Nunc de illis, quibus ægre lotium it, quibusque substillum est. [Theophr. H. Pl. 7, 6, 3. Fr. 4, 35. Gl. Culbitio, Substillatio, Substillum: in quibus etiam * Στράγγουρα et * Στράγγυρα, Culbitio, et * Στραγγουρῶ, Culbo, Substillo.] Στραγγουριάω, Lotium mihi substillum est, [Gl. Substillo.] Vide Οὖρον.

[* Στραγγὶς, Photio σταγών.]

Στραγγίζω, Guttatim exprimo, Stillatim excludo, Extillo. Diosc. 1, 32. Χωρὶς τοῦ στραγγίσαι τὸ ὕδωρ, Ita ut ne exprimas aquam, Ita ut ne extillet aqua, 2, 84. Στραγγίζων τὸ πρῶτον ὕδωρ, καὶ ἄλλο ἐπιχέων, Ruell. Exclusa sensim omni aqua, recentique affusa; Hermol. Aquam extillans; Marc. Sinens effluere aquam. Item Lev. 1, (15.) Στραγγιεῖ τὸ αἷμα πρὸς τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου, Decurrere faciet sanguinem ad basin altaris. [Aqu. Symm. Theod. Jud. 6, 38. ἐστράγγισε, Extillare fecit. " Geop. 630. Scriptt. Rei Accip. 121. Etym. M. 729, 50." Wakef. Mss. Στραγγίζει, Hesychio πιέζει. * 'Αποστραγγίζω, Theol. Arithm. 49. 'Η κατ' ἰσχὺν πᾶσα ἐπίδοσις ἀποστραγγίζεται. * " 'Αποστράγγισμα, Synes. de Febr. 302." Kall. Mss.] 'Εκστραγγίζω, Stillatim excolo, Facio ut stillatim effluat, i. q. στραγγίζω, ut ἐκστρατεύω i. est q. στρατεύω. [Schleusn. Lex. V.T. Diosc. 4, 155. ubi Cod. Const. et Neap. * ἐκσπογγίσας.] " Καταστραγγίζω affertur pro Facio distillare," [LXX. Lev. 5, 9.]

[* 'Ραγηστράγγισος, * 'Ραγοστράγγισος, Bast. Ep. Cr. 265.]

Στραγγεύω, i. q. στραγγίζω, Stillatim exprimo, Guttatim excolo. Accipitur metaphorice pro Premo et quasi per angustum foramen exire cogo. Aristoph. N. (131.) 'Ιτητέον· τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι; ubi Schol. διὰ τί ταῦτ' ἔχων κατὰ νοῦν, πιέζομαι καὶ συνθλίβομαι; [Cf. infra p. 1107.]

Στραγγεῖον, τὸ, Instrumentum quo humor exprimitur, ut stillatim defluat. Alex. Aphr. (Probl. 2, 59.) de iis loquens quæ ἐξάγουσι τὸ πνεῦμα et συνεφέλκουσι τὸ ὑγρὸν, ut siphones, catheteres, et hujusmodi alia, Τοῦτο πάσχει καὶ τὰ στραγγεῖα τὰ ἰατρικὰ· καὶ ἡ σικύα δὲ τοῦτον ἕλκει τρόπον.

Στραγγίας autem πυρὸς, quod affertur e Theophr. C. Pl. 3, (21, 2.) exponiturque Triticum strangias appellatum, derivatumne sit ex hoc στρὰγξ, an e στραγγὸς, non facile dixerim. Meminit hujus Plin. 18, 7. Græcia ex omni genere grani prætulit dracontiam, strangiam, et selinusium, argumento crassissimi calami: itaque pingui solo hæc genera assignabat.

" Στρεύγομαι, quasi στραγγεύομαι, Paulatim et ve" luti κατὰ στράγγα (i. e. guttatim) deficio, tabesco, " consumor, Nicander 'A. (291.) Τῷ καὶ στρευγομένῳ " περ ἀνήλυθεν ἐκ καμάτοιο Πνεῦμα μόλις, Schol. " ἐλαυνομένῳ, συνεχομένῳ, κατὰ στράγγα ἀπολλυ" μένῳ. Quarum expp. illæ duæ priores minime " mihi placent; at ultima eandem tribuit huic verbo " derivationem, quam et Eust. in Il. O. (512.) Βέλτερον " ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον ἠὲ βιῶναι, *Η δηθὰ στρεύγε" σθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι," [Schol. ταλαιπωρεῖν, κακοπαθεῖν: cf. Od. M. 351., ubi Schol. κατὰ στράγγα, ὅ ἐστι κατ' ὀλίγον, ὑποῤῥεῖν.] " Vox autem activa Στρεύγω red" ditur etiam Dolore afficio, Expugno, ex Hes.: ap" quem vide et alias expp. hujus vocis activæ, simul" que ea quæ de passiva scribit." [" Ruhnk. Ep. Cr. 171. Heringa Obss. 213. Valck. Anim. ad Ammon. 132. ad Callim. 1. p. 246. ad Herod. 335. Heyn. Hom. 7, 639. Στρεύγομαι, * Στρεύομαι, ibid. 85." Schæf. Mss. Στρεύγομαι, Apoll. Rh. 4, 385. 621. 1058.] " Στρευγεδὼν, όνος, ἡ, Stranguria, Ni" cander 'A. (313.) Στρευγεδόνι * προδέδουπε δαμαζό" μενος καμάτοισι."

ΣΤΡΑΤΟΣ, Exercitus. Thuc. 4, (79.) p. 147. ἐξάγειν στρατὸν, Educere exercitum, copias militares, 2, (12.) Οὕτω δὴ ἄρας, τῷ στρατῷ προὐχώρει εἰς τὴν γῆν αὐτῶν, Ita demum motis castris cum exercitu eorum regionem invadebat. Aliquanto post, *Ην μὴ οἱ πολέμιοι νηΐῃ στρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει, Exercitu navali, Navalibus copiis, ubi νηΐτην στρατὸν appellat, quem alii στόλον ναυτικὸν, νηῶν, et sine adjectione στόλον: Lat. Classem. Aliquanto post, Καθίσας τὸν στρατὸν, ἔμελλε δῃώσειν τὴν γῆν, Collocatis copiis et fixis castris. Ubi dicitur aliquis dux καθίζειν στρατὸν, sicut ipse στρατὸς καθῆσθαι s. ἕζεσθαι, ut Il. Σ. 509. Τὴν δ' ἑτέραν πόλιν ἀμφὶ δύω στρατοὶ εἵατο λαῶν, Τεύχεσι λαμπόμενοι. Item οἱ τοῦ στρατοῦ ἄρχοντες ap. Xen. Λ. (13, 4.) qui una voce στράταρχοι, item στρατηγοὶ, Duces, Imperatores: ex eo, quod exercitum ducant, παρὰ τὸ ἄγειν τὸν στρατόν: ut Epigr. Εἰ δ' ἀρετῆς ἀνδρῶν ἄγεται στρατὸς, Sin ducitur exercitus fortissimorum virorum. Ubi nota addi gen. ut ap. Plut. c. Colot. 'Υπὲρ παντὸς στρατοῦ τῶν ἄλλων φιλοσόφων, metaphorice: Virg. Phorci omnis exercitus, et Corvorum exercitus, et Aligerum agmen. Porro sicut dicitur ὁ τοῦ στρατοῦ ἄρχων, ita ἡ τοῦ στρατοῦ ἀρχὴ, Herodian. 1, (12, 8.) 'Ως τὴν τῶν στρατῶν ἀρχὴν ἐγχειρισθῆναι, Ita ut exercituum regendorum munus ei committeretur, Ita ut militum præfectura ei crederetur. AT Στράτος, ἡ, Urbis nomen est ap. Steph. B. et alios: [" ad Diod. S. 2, 370. Στρατὸς, Ammon. 130. Toup. Emendd. 2, 68. Zeun. ad Xen. K. II. 185. Wakef. Trach. 562. Heyn. Hom. 6, 19. 7, 780. Castra, 111. 152. Il. O. 657. Multitudo, Markl. Suppl. 601. Musgr. ibid. Markl. 653. 838. Wakef. Phil. 387. Eum. 569. 577. 671. 686. 765. Abresch. Æsch. 2, 85. Il. Δ. 76." Schæf. Mss. " Στρ. νεφέλας, Imber, Pind. (Π. 6, 11.)" Wakef. Mss. Populus, Pind. 'O. 5, 28. Æsch. Ag. 558.] Poëtica paragoge DICITUR Στρατόφι pro στρατοῦ, ut κεφαλῆφι interdum pro κεφαλῆς, interdum etiam pro κεφαλῇ: [Opp. K. 2, 184.] tunc autem iota ei subscribitur. [Il. K. 347.]

[* Στρατοβάτης, Apollod. 103.] Στρατοκήρυξ, ὁ, Præco exercitus, Qui in exercitu præconis fungitur officio. In libello qui περὶ Τάξεως Παλαιᾶς inscribitur, Στρατοκήρυξ, σαλπιγκτὴς, σημειοφόρος, ὑπηρέτης, οὐραγὸς, comprehenduntur ἐκτάκτων nomine, i. e. eorum qui τάξεως ἐξάριθμοι ἦσαν. Legitur et 3 Reg. [22, 36. " Joseph. 390, 16." Wakef. Mss. * Στρατολόγος, Qui exercitum conscribit, delectum habet.] Στρατολογέω, Exercitum colligo, ut Cic. loquitur, qui dicit etiam Conscribere, Comparare, Conflare, Conficere, Facere exercitum. Itidem dicitur Cogere et conscribere milites. [Plut. 10, 774. " Ad Charit. p. 15. 216. Diod. S. 1, 525. 685. 2, 139. 295." Schæf. Mss.] Στρατολογία, ἡ, Collectio exercitus, Ipsa actio cogendi et colligendi copias, [" Chrys. in Philipp. Serm. 13. T. 3. p. 73, 26." Seager. Mss. * " Στρατολογίζομαι, Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. de Imagg. 121. Combef." Boiss. Mss.]

Στρατόπεδον, τὸ, Solum s. Locus οὗ κάθηται ὁ στρατὸς, Castra, Locus ubi imperator suo exercitui

s. suis militibus et sibi sedem ac tentoria figit, Plut. Alex. 'Εν στρατοπέδῳ πολεμίων, In castris hostium, Xen. K. Π. 8, (5, 5.) 'Εαυτὸν κατέθετο ἐν μέσῳ τοῦ στρατοπέδου, Medium castrorum locum ipse obtinebat, In mediis castris suum figebat tentorium. Rursum Plut. 'Επὶ στρατοπέδου ἀποθανὼν, In castris mortuus: Fabio, 'Απονυκτερεύων τοῦ στρατοπέδου πολλάκις. Sic Æschin. (76.) "Ελιπε τὴν ἀπὸ στρατοπέδου τάξιν. Item, 'Επὶ τὸ στρατόπεδον ἕπεσθαι, Athen. 12. Castra sequi. Item cum verbis: ut ποιεῖσθαι στρατόπεδον, Castra ponere, collocare, figere, locare, extruere: item et Castra facere, Cic. Neque castra propter anni tempus et militum animos facere possum. Thuc. 2. Καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ, στρατόπεδον ἐποιήσαντο. Itidem 3, (107.) Γενόμενοι δ' ἀθρόοι, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ καθίζουσι ἐπὶ τὴν μητρόπολιν καλουμένην, καὶ στρατόπεδον ἐποιήσαντο. Ex Eod. affertur στρατόπεδον καταλαβεῖν pro Castris locum deligere, Castra ponere. Item Xen. 'Ελλ. 1, (6, 27.) Τὸ πεζὸν ἀπῆγεν εἰς τὴν Μήθυμναν, τὸ στρατόπεδον ἐμπρήσας, Castris incensis. Interdum στρατόπεδον dicuntur Castra cum ipsis militibus, s. exercitu: (3, 11.) p. 256. "Οπως κακῶς τοὺς τῶν 'Αθηναίων ξυμμάχους ποιοῦσαι, ἀποσπάσειαν τὸ στρατόπεδον ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου. Sic eod. l. (1, 14.) 'Εδέξαντο ἐς τὸ ἄστυ τὸ στρατόπεδον. Sæpe commodius interpreteris Exercitus, Milites, Isocr. Ep. ad Phil. (415. Cor.) "Οσοι τὰ τῶν ξενιτευομένων στρατόπεδα μισθοῦνται: Panathen. Στρατόπεδον δὲ συστήσας, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἤγαγε, Collecto s. Conscripto exercitu. Itidem ap. Thuc. 4, (125.) p. 161. "Οπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι, Magnos exercitus: 7, (80.) p. 261. Οἷον φιλεῖ καὶ πᾶσι στρατοπέδοις, μάλιστα δὲ τοῖς μεγίστοις, φόβοι καὶ δείματα ἐγγίνεσθαι, Omnibus exercitibus. Nisi malis, Omnibus exercitibus qui castra locarint, Plut. Apophth. 338. meæ Ed. Πανικὸς θόρυβος ἐνέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον. Vide alium Ejusd. locum in Νυκτομαχίᾳ, ubi simpliciter pro Exercitu ponitur, s. Agmine. Pro Comitatu principis et aula accipi ajunt Can. 7. Concilii Sardicensis. || Item στρατόπεδα ex Herod. 2. annotant fuisse Locum in Ægypto juxta Nilum hinc inde, ubi habitarunt Iones et Cares. [Classis, Thuc. 1, 117. " Timæi Lex. 240. et n., Ammon. 130. Phrynich. Ecl. 166. Diod. S. 1, 421. 2, 345. 414. 426. 433. Exercitus, Zeun. ad Xen. K. Π. 351. 488. ad Herod. 337. 491. 697. 715. Diod. S. 1, 397. Act. Soc. Traj. 1. p. 82. Schmieder. ad Plut. Alex. 143. ad Dionys. H. 3, 1355. Classis, Herod. 663. et sæpius. Conf. c. στράτευμα, ad Diod. S. 1, 698.; cum στρατιῶται, ad 2, 483. Plur. pro sing., 428. 'Επὶ στρατοπέδου, ad Dionys. H. 2, 835. 1209. 4, 1984. 2213. Plut. 1, 307. 2, 118. 3, 129. 137. Cor., Lucullo 14. 33. Στρ. Τυρίων, 'Ιουδαίων, Wessel. ad Herod. 154. Στρ. βάλλεσθαι, Longus 66. Vill." Schæf. Mss.] Unde COMP. Στρατοπεδάρχης, ὁ, Præfectus castrorum, Qui castris præest. Exp. etiam Princeps exercitus: ut i. sit q. στρατάρχης, sicut στρατόπεδον poni interdum pro στρατὸς, paulo ante docui. [" (Tribunus legionis,) Dionys. Hal. A. R. 10, 26. cf. Wytt. Annot. in Eunap. p. 324." Boiss. Mss.] Στρατοπεδαρχία, Præfectura castrorum, [" Dionys. H. 4, 2088." Schæf. Mss. * " Στρατοπεδαρχικὸς, Theodorus Icon. Epist. p. 283. Combef." Boiss. Mss.] Στρατοπεδεύω, Castra facio, metor, pono, loco, colloco, figo, i. q. στρατόπεδον ποιοῦμαι: vel etiam Castra habeo. Plut. Coriol. Πορρωτάτω στρατοπεδεύων καὶ ἀπεχόμενος τῆς πόλεως: Apophthegm. 'Εν τῇ φιλίᾳ καὶ συμμάχῳ στρατοπεδεύων, καὶ χάρακα βαλλόμενος. Itidem Philo V. M. 1. 'Ορᾷ κατὰ φυλὰς ἐστρατοπεδευκότας 'Εβραίους, Cernit tributim Hebræos castra metatos tetendisse. Ead. signif. accipitur passiva etiam vox et media. Thuc. 3, (107.) 'Ο δὲ προσαγαγὼν ἐγγὺς τῆς "Ολπης ἐστρατοπεδεύσατο, Castra metatus est: 1, (30.) 'Εστρατοπεδεύοντο ἐπὶ 'Ακτίῳ, Castra metabantur in Actio. Itidem Xen. K. 'A. 2, (4, 1.) 'Εστρατοπεδευμένοι ἡμέρας πλείους ἢ εἴκοσι. Idem utraque voce utitur, 'Ελλ. 6. [" Acta Soc. Traj. 1. p. 83. Zeun. ad Xen. K. Π. 342. ad Herod. 197. 377. ad Diod. S. 1, 242. Conf. c. στρατεύω, ad 2, 223. (nugatur Fischerus ad Xen. K. Π. p. 351.) ad Dionys. H. 2, 925. 3, 1739. 4, 2049. Schneid. ad Xen. K. 'A. 111." Schæf. Mss. * Στρατοπέδευμα, Exercitus, Diod. S. 501.] Στρατοπέδευσις, ἡ, ET Στρατοπεδεία, ἡ, Ipsa actio castrametandi, Castrametatio, ut Vitruv. dicit Castrametator. Priore verbali utitur Plato de LL. item Xen. (K. Π. 8, 5, 3. 8.) teste Bud. Posterius legitur ap. Dionys. H. 10. eadem in signif. Alioquin accipitur pro στρατόπεδον, ut Josue 4, (3.) Θήσετε αὐτοὺς ἐν τῇ στρατοπεδείᾳ ὑμῶν, In castris vestris. Alii, In loco castrorum vestrorum. Philo V. M. 1. Μέρος δ' ἐνθένδε καθεωρᾶτο τῆς τῶν 'Εβραίων στρατοπεδείας, Pars castrorum Hebræorum. Affertur et στρατοπεδείαν ἐποιήσατο, ex 2. Macc. (13, 14.) pro Exercitum constituit: qua signif. στρατόπεδον συστήσας habuimus supra ex Isocr. [" Στρατοπεδεία, Wolf. in Add. ad Xen. Hell. Schneid. p. 120. Diod. S. 2, 392. ad Dionys. H. 3, 1745. Βάλλεσθαι στρατοπεδείαν, Diod. S. 1, 657." Schæf. Mss. * Στρατοπεδευτὴς, unde * Στρατοπεδευτικὸς, Polyb. 6, 30, 3. Æneas c. 21. βίβλος, ubi vulgo legitur * Στρατοπεδικός. * Στρατοπεδευτὸς, unde * Δυστρατοπέδευτος, Æneas c. 8.]

E στρατοπεδεύω autem et præpp. non pauca verba composita sunt. PRIMUM, 'Αναστρατοπεδεύω, Castra moveo, Castris motis revertor, Revertor cum exercitu: ut 2 Macc. 3, (35.) 'Ανεστρατοπέδευσε πρὸς τὸν βασιλέα, Castris motis receptoque exercitu, ad regem rediit. Exp. etiam Contineo me in castris. Cujus tamen signif. nullum affertur exemplum. [Polyb. 3, 110, 4. 14, 10, 8. Dionys. Antiq. 3, 55.] 'Αναστρατοπεδεία, ἡ, Castrorum motio, ἡ ἀνάλυσις τῆς παρεμβολῆς, Bud. Comment. 'Αντιστρατοπεδεύω, s. 'Αντιστρατοπεδεύομαι, E regione castra metor, Ex adverso castra facio, habeo, sto in procinctu. [" Const. Manass. Chron. p. 83." Boiss. Mss. Diod. S. 499. 505. 526. * 'Αντιστρατοπέδευσις, Dio Cass. 886. * 'Αντιστρατοπεδεία, Castra castris opposita, Polyb. 3, 101, 8. " Wolf. in Add. ad Xen. Hell. Schneid. p. 120." Schæf. Mss.] 'Αποστρατοπεδεύω s. 'Αποστρατοπεδεύομαι, i. q. ἀναστρατοπεδεύω, Castra moveo, Castris motis abscedo, Xen. K. 'A. 7, (7, 1.) 'Εντεῦθεν Σεύθης μὲν ἀπεστρατοπεδεύσατο προσωτέρω, οἱ δὲ "Ελληνες ἐσκήνησαν ἐς κώμας: [3, 4, 1. K. Π. 6, 1, 14. * Διαστρατοπεδεύω, Toto exercitu obsideo, Diod. S. 698=2, 356.] 'Εκστρατοπεδεύω, Castra loco extra. Et 'Εκστρατοπεδεύομαι pro eod. Thuc. 'Εξεστρατοπεδευμένοι ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ λόφου, Extra urbem castra habentes locata super colle. [Xen. K. Π. 6, 3, 1. " Ad Il. B. 344." Schæf. Mss.] " 'Ενστρατοπεδεύω," [s. 'Ενστρατοπεδεύομαι,] " Castro " pono s. metor in," [" Wessel. ad Herod. 382. 538. 694. (9, 2. 25.) Diss. 131." Schæf. Mss. " Plut. Sylla 14." Boiss. Mss.] 'Επιστρατοπεδεύω, Castra moveo adversus, Exercitu infesto invado, i. q. ἐπιστρατεύω, ut Bud. interpr., afferens e Xen. 'Ελλ. 4, (8, 33.) Καὶ ἐπιστρατοπεδεύσας ταῖς πόλεσιν, ἐπὶ τὴν "Αβυδον ἀντεπεστράτευε, καὶ ἐπορεύετο, καὶ ἐδῄου τὴν χώραν αὐτῶν. [" Diod. S. 1, 699." Schæf. Mss. * 'Επιστρατοπεδεία, Locatio castrorum ex adverso hostis, Polyb. 1, 77, 7. Adventus hostis cum exercitu, 5, 76, 9.] Καταστρατοπεδεύω, i. q. ἐπιστρατοπεδεύω, 2 Macc. 4, (22.) Κατεστρατοπέδευσεν εἰς τὴν Φοινίκην, Infesto exercitu Phœniciam invasit. Alii, In Phœnicen exercitum convertit. Exp. etiam simpliciter Castra metor, In castris dego. Bud. transitive quoque interpr. Milites castra metari jubeo, et in castra contraho, afferens h. l. e Xen. K. Π. 7, (2, 3.) 'Ο δὲ Κῦρος καταστρατοπεδεύσας τοὺς ἑαυτοῦ ὅπου ἐδόκει τὸ ἐπιτηδειότατον εἶναι τῆς πόλεως, μένειν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις παρήγγειλεν, καὶ ἀριστοποιεῖσθαι. [Plut. Theseo 27. Marcello 14. Pyrrho 16. " Ad Diod. S. 2, 162." Schæf. Mss. * " Καταστρατοπεδεία, Castrorum metatio, Castra, s. potius Mora in castris, Vita in castris, Athen. 539. 'Εν ταῖς στρατοπεδείαις, In castris, Dum in castris degebant." Schw. Mss. Ælian. V. H. 9, 3. * 'Αντικαταστρατοπεδεύω, Dionys. H. 1. p. 511, 17. 528, 2. * 'Επικαταστρατοπεδεύω, Polyb. 5, 46, 12. mendose pro ἐπι καταστρ.] Μεταστρατοπεδεύω, Castra muto, transfero. Qua in signif. utitur Plut. Apophth. Lac.

Pass. *Μεταστρατοπεδεύομαι* idem significat. Exp. tamen et simpliciter Castra metor, Castra pono. [" Ad Dionys. H. 3, 1753." Schæf. Mss.] *Παραστρατοπεδεύω*, Castra metor juxta, loco apud, mea admoveo castris aliis, aut urbi alicui. Bud. interpr. non solum Castra castris admoveo, sed etiam Ex adverso castra loco, (qua signif. dicitur *ἀντιστρατοπεδεύω*,) afferens e Polyb. 2, (6, 3.) *Παραγενόμενοι πρὸς τὸ χωρίον, παρεστρατοπέδευσαν τοῖς βεβοηθηκόσι, βουλόμενοι συμβαλεῖν.* Dicitur et *Παραστρατοπεδεύομαι* eadem signif. Chion Epist. *Ἑκάστης ἡμέρας τοῖς βασιλέως στρατηγοῖς παραστρατοπεδευόμενος.* Rursum activa voce Plut. Camillo, *Παραστρατοπεδεύσας τοῖς πολεμίοις*, Cum non longe ab hostibus castra locasset: [Pompeio 67.] " *Ἀντιπαραστρατοπεδεύω*, Contra s. E " contrario castra pono, Castra metor et ipse, etiam " Castra oppono," [Dionys. H. 1. p. 480, 37.] *Περιστρατοπεδεύω*, Castra metor circum, Castris s. Exercitu cingo, Circumsideo, Obsideo, *περικάθημαι*, Plut. Fabio, *Περιστρατοπεδεύει τοὺς Ταραντίνους*, Tarentinos obsidet. Passivo autem *Περιστρατοπεδεύεσθαι* utitur Xen. [K. Π. 3, 1, 4. 'Ελλ. 3, 1, 5. 2, 9. Polyb. 1, 30, 5. 2, 2, 7. 54, 6. * *Προστρατοπεδεύω*, Diod. S. 14. p. 404, 24. * *Προσστρατοπεδεύω*, Polyæn. 3. Polyb. 1, 42, 8. 86, 3. 2, 52, 2. Admoveo castra. * *Συσστρατοπεδεύομαι*, Communibus s. Iisdem castris utor, Xen. K. 'A. 2, 4, 4. 'Ελλ. 6, 5, 19.]

Στρατοφύλαξ, Custos exercitus. Alii *στρατοφύλακες* interpr. Copiarum duces: ut i. sit q. *στρατηγοί*. [Strabo 15. p. 101. * *Ὑποστρατοφύλαξ*, Strabo 12. p. 851.]

Στρατάρχης, Dux exercitus, Qui præest exercitui, Qui principem in exercitu locum obtinet, Philo V. M. 3. fin. *Ἡγεμόνα δ' ἐζήλουν καὶ στρατάρχην ἀνευρεῖν*, Imperatorem et ducem quærebant, [Herod. 3, 157. 8, 44. ubi alii Codd. * *στρατιάρχης*. " Athen. 1, 19. ad Herod. 278. * *Στράταρχος*, ibid. Dawes. M. Cr. 42." Schæf. Mss. Pind. Π. 6, 31. 'I. 5, 50.] *Στραταρχέω*, Dux sum exercitus, Exercitui præsum. Unde *στραταρχήσαντες*, Duces exercitus. *Στραταρχία*, ἡ, Præfectura exercitus, Philo V. M. 1. *Θήραις γὰρ * ἐμπρομελετῶσιν οἱ πρὸς τὰς στραταρχίας ἀλειφόμενοι.* [" Ad Herod. 278." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 106. 111. * *Συστρατάρχης*, 58 (=109. Theodos. Diacon. Acr. 1, 233." Boiss. Mss.]

Στρατηγὸς, Dux exercitus, Qui exercitum ductat, *ὁ ἄγων τὸν στρατόν*: ut *στρατάρχης* dicitur *ὁ ἄρχων τοῦ στρατοῦ*. Plut. *Οἱ στρατηγοὶ πολλάκις παραγγείλαντες ἄπυρα σιτία κομίζειν, ἐξῆγον ἐπὶ τὰς μάχας τοὺς ἄνδρας.* Idem, *Δεινὸς στρατηγὸς*, de Lucullo. Et *ἀγαθὸς στρατηγὸς*, Xen. K. Itidem et Plato Minoë, *Ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἔφη ποιμένα λαῶν εἶναι τὸν ἀγαθὸν στρατηγὸν*, Bonum ducem et imperatorem. Contra *φαῦλος στρατηγὸς*, Aristot. Poët., quem dicit *πολλάκις ἡττᾶσθαι.* Cui opp. *στρατηγὸς ἀήττητος* ap. Plut., Dux s. Imperator invictus: Apophth. de Timotheo, *Εὐτυχὴς ἐνομίζετο στρατηγὸς εἶναι.* Item, *Ἐγχειρητικώτερος στρατηγὸς*, Xen. 'Ελλ. 4, (8, 22.) Et *τολμηροὶ στρατηγοί*, Plut. Apophth. Idem Fabio, *Ἴση ἁμαρτία στρατηγοῦ, κακῷ περιπεσεῖν μὴ προσδοκήσαντα, καὶ κατορθώματος καιρὸν ἀπιστίᾳ προέσθαι.* Interdum gen. additur: ut Athen. (419.) *Μάνιος Κούριος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός.* Sic (334.) *Πάτροκλος ὁ Πτολεμαίου στρατηγός.* Et sine gen., (419.) *Φωκίωνος καὶ Φορμίωνος τῶν στρατηγῶν.* Item cum verbis. Plut. Polit. Præc. *Μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύῤῥιον.* Sic Aristot. Rhet. 2. *Ἑλόμενοι στρατηγὸν αὐτοκράτορα.* Et Xen. Symp. *Καλοὺς στρατηγοὺς αἱρούμενοι.* De officio *στρατηγοῦ*, tum alii, tum Aristot. Polit. 6. sub fin.: cujus verba quædam citavi in *Πολέμαρχος*. Plut. pro Prætore videtur accepisse, cum quærit in Probl. Rom. (7, 143.) *Διὰ τί τῶν στρατηγῶν αἱ ῥάβδοι συνδεδεμέναι προσηρτημένων τῶν πελέκεων φέρονται.* Certe *στρατηγὶς ναῦς* interdum redditur Prætoria navis. Tutius tamen est interpretari Imperatorum; nam non prætoribus solum, sed et consulibus fasces præferebantur: quorum utrisque exercitus imperium committebatur, interdum consuli, interdum prætori, ut patet ex historiis. Interdum construitur cum gen. rei: ut Act. 4. init. *Οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ*, Sacerdotes et præfectus templo. Erat enim custodia templi, i. e. præsidiarii milites templi custodiæ designati: quibus qui præerat, vocabatur *στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ*: cujus rei aliqua mentio fit Matth. 27, 65. Item *στρατηγοὶ πολέμων καὶ κυνηγεσίων* dicit Aristot. de Mundo, Qui ducum officio funguntur et in bello et in venationibus. Bud. vertit, Duces tum bellici, tum venatores. Plaut. Strategum te facio huic convivio. [" Wessel. Diss. Herod. 194. ad p. 548. ad Thom. M. 146. Wyttenb. Select. 396. ad Charit. 407. 454. Prætor vertit Ernest. ad Xen. Memm. 1, 1, 18. item Zeun. ibid. cf. Ind. Cornel. Nep. v. Prætor Ed. Stav., ad Diod. S. 2, 530. Magistratus urbanus, Reiff. ad Artem. 473. Diversus ab *ἡγεμὼν*, Diod. S. 2, 229. Conf. c. *στρατιώτης*, ad Charit. 674.: cum *στρατὸς*, ad Dionys. H. 2, 947. *Στρατηγὸς*, ἡ, Brunck. Aristoph. 2, 49. ('Εκκλ. 491. 500.) *Στρ. ἐπὶ τῶν ὅπλων, ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν, ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας*, Zeun. ad Xen. l. c." Schæf. Mss. Consul, Polyb. 1, 52, 6. alibi. " Act. Apost. 4, 1. *Στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ*, Præfectus templo, ut optime vertit Beza. Quandoquidem Luc. frequenter meminit *τῶν στρατηγῶν*, semel declarandum videtur, quid hac ille voluerit intellectum appellatione. Apud veteres quidem Græcos *στρατηγὸς* semper est Dux exercitus, *στρατοῦ ἀγός*: nam qui ducebant milites *ἀγοὶ* Homero dicuntur. Sed ævo invaluit recentiori, quo scribebat Luc., ut, neglecta potestate vocis propria Magistratus etiam oppidani *στρατηγοὶ* vocarentur. Apud Athen. 37. legitur *Παραγενομένων τῶν στρατηγῶν ἐπὶ τὴν οἰκίαν*: illic *στρατηγοὶ* dicti paulo inferius sunt *ἄρχοντες*, Prætores. Quando tum temporis copiis militaribus præfectus erat designandus, dicebatur *στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων*, quod est ap. Athen. 213., ubi docte Casaub. monet, Animadvv. 5, 14. *στρατηγοὺς* in municipiis dictos tum temporis etiam Civiles et Urbanos Magistratus. Tales utique fuere Philippis, quorum repetita fit mentio Act. 16, 20. 22. 35. 36. 38. Sed vero de illo qui præfectus templo Hierosolymitano, quique hic et alibi Lucæ dicitur *ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ*, dubitant eruditi, fueritne Judæus, an Romanus? Litem diremisse videtur S. Deiling., ostendens, Judæum fuisse, quem Rabbini vocant Caput custodiæ, Obs. Sacr. P. 1. p. 237." Valck. in N. T. 1, 384.]

Ἀντιστράτηγος, Qui est loco imperatoris, Vicem gerens imperatoris, Qui locum imperatoris obtinet. Exp. etiam Proprætor, [Plut. C. Graccho 6.] Legatus prætoris, Legatus consulis. Pro Legato prætoris ap. Dem., Bud. ‖ *Ἀντιστράτηγος*, etiam Contrariæ partis imperator, Hostium imperator, ap. Thuc. (7, 86.) Post quem ita usus est et Plut. (3, 167. Sertor. 12.) Itidem *Ἀντιστρατηγέω* utramque significationum istarum sequitur, de quo infra. [" Dionys. H. 2, 1047." Schæf. Mss.] *Ἀποστράτηγος*, Cui imperatoria dignitas est abrogata, Imperatoris loco motus, vel Ducis. Bud. interpr. Cui imperium est abrogatum. A quibusdam exp. Exauctoratus, quod est *ἀπεστρατευμένος*, ut infra dicetur. Habet autem *ἀπὸ* eand. vim in *ἀποστράτηγος* quam in *ἀπόμισθος*, et aliis nonnullis compositis. Dem. (669.) *Ἐπειδὴ τὸν μὲν Ἰφικράτην ἀποστράτηγον ἐποιήσατε, Τιμόθεον δὲ ἐπ' Ἀμφίπολιν ἐξεπέμψατε στρατηγόν.* [" Ad Mœr. 401." Schæf. Mss.] *Ἀρχιστράτηγος*, ὁ, Summus imperator, Qui inter alios duces et imperatores principem obtinet locum, 1 Reg. 12, (9.) ubi exp. Magister militiæ. [Wetsten. in Ep. ad Coloss. 2, 18. Vide *Ἀρχαγγελικός*. * *Ἀστράτηγος*, unde * " *Ἀστρατηγία*, Phryn. Bekkeri p. 24." Boiss. Mss. * *Αὐτοστράτηγος*, Dio Cass. p. 342. * *Ἐπιστράτηγος*, Strabo 17. p. 1149=521. " *Ἐπιστρατηγὸς*, (sic,) ad Charit. 408." Schæf. Mss. * " *Πρωτοστράτηγος*, Const. Manass. Chron. p. 116." Boiss. Mss.] *Συστράτηγος*, Qui et ipse *στρατηγὸς* est, Qui et ipse ducis s. imperatoris officio fungitur, Collega imperii militaris, Collega in prætura, Thuc. 2, (58.) *Ξυστράτηγοι ὄντες Περικλέους*, Cum Periclis in prætura essent collegæ: UBI *Ξυστράτηγος* Atticum est, σ in ξ converso. [*Συστράτηγος*, Plut. Pericle 37. Corai. " Brunck. ad Eur.

Phœn. 757. ad Herod. 663. Schneid. Anab. 138." A Schæf. Mss.] Ὑποστράτηγος, opp. τῷ ἀρχιστράτηγος, Qui imperator quidem est, attamen summo imperatori paret. Alii interpr. Imperator secundarum partium. J. Poll. 1, (128.) c. 10. Καὶ οἱ ἄρχοντες, οἱ μὲν τοῦ παντὸς, στρατηγοὶ, καὶ συστράτηγοι, καὶ ὑποστράτηγοι· ὥσπερ καὶ οἱ ἀποχειροτονηθέντες, ἀποστράτηγοι. [" Ad Charit. 408. 454." Schæf. Mss. Xen. K. 'A. 3, 1, 22. Male scribitur ὑποστρατηγὸς, in Lex. Xen.]

Derivatur inde ET Στρατηγία, ἡ, Imperatorium munus, Exercitus præfectura, Prætura, Plut. Polit. Præc. Στρατηγίας Ἀθήνησι, καὶ πρυτανείας ἐν Ῥόδῳ, καὶ βοιωταρχίας παρ' ἡμῖν, Præturæ Athenis, Athen. (348.) Προστατοῦντος τῶν Ναξίων Λυγδάμιδος, ὃς ἀπὸ ταύτης τῆς στρατηγίας τύραννος ἀνεφάνη τῆς πατρίδος. Ubi nota στρατηγίαν tribui τῷ προστατοῦντι, ut nihil aliud iis duobus in ll. sit quam Præfectura s. Prætura. Solent enim præfecti et prætores belli tempore etiam στρατηγεῖν, Ductare exercitum s. Exercitui præesse. Sic Aristot. Polit. 3. Αὕτη μὲν οὖν ἡ B βασιλεία, οἷον στρατηγία τις αὐτοκρατόρων καὶ ἀΐδιός ἐστι. Rursum Plut. Κάτωνι δὲ ἐδόθη ἐξαίρετος στρατηγία, Catoni prætura contra ordinem data est. Herodian. 3, (2, 2.) Ὁ Ἀσίας ἡγούμενος Αἰμιλιανὸς, ᾧ τὴν πρόνοιαν καὶ στρατηγίαν ὁ Νίγρος ἐγκεχειρήκει, In l. περὶ Τάξεως Παλαιᾶς annotatur vett. στρατηγίαν vocasse, quod recentiores φαλαγγαρχίαν, et στρατηγὸν itidem quod hi φαλαγγάρχην appellarunt. Pro Peritia τοῦ στρατηγεῖν accipi potest in hoc loco Luciani (1, 735.) de Pyrrho Epirota, Ἀνδρὸς μετ' Ἀλέξανδρον τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐνεγκαμένου. Antigonus certe ap. Plut. Pyrrho (8.) p. 708. meæ Ed. interrogatus τίς ἄριστος τῶν στρατηγῶν, respondit, Πύῤῥος, ἂν γηράσῃ: intelligens de ducibus qui sua ætate rei militaris peritia clari erant. Ibid. Annibal eund. Pyrrhum συμπάντων ἀπέφηνε τῶν στρατηγῶν πρῶτον ἐμπειρίᾳ καὶ δεινότητι, Σκιπίωνα δὲ, δεύτερον, ἑαυτὸν δὲ, τρίτον. Qua de re et p. 696. in Vita Titi Flaminii. [" Ad Charit. 284. ad Diod. S. 1, 413. 420. 2, 57. 204. 225. Eur. Iph. T. 17. Conf. c. C στρατεία, ad Diod. S. 2, 331. 342." Schæf. Mss.] Στρατηγιάω, Affecto s. Ambio στρατηγίαν, Imperatoris officio fungi cupio, Exercitum ductare cupio, etiam Præfecturam s. Præturam affecto. Joseph. Ἤδη δ' αὐτὸν στρατηγιῶντα καὶ μειζόνων ἐφιέμενον ἔνδεια κατεῖχε χρημάτων: ubi Suid. quoque, eum locum citans, exp. ὀρεγόμενον στρατηγίας, τῆς στρατηγίας ἐπιθυμοῦντα. [Xen. K. 'A. 7, 1, 21. " Valck. Oratt. 345. Cattier. Gazoph. p. 9." Schæf. Mss. " Plut. 3, 595. Bellum dissimulo, Strabo 474." Wakef. Mss.]

Στρατηγικὸς, Imperatorius: ἐπιστήμη, Aristot. Eth. 1, 1. Sic Lucian. de Hist. Scr. Ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν. Et Herodian. 1, (2, 9.) Στρατηγικὴ ἀρετή: ut rursum Aristot. Eth. 1, 2. Στρατηγικὴ δύναμις. Sic στρ. σοφίσματα, Callidæ et versutæ machinæ quibus dux ducem circumvenit: alio nomine dicuntur στρατηγήματα. Plut. Fabio (5.) de Annibale, Ἐπὶ πᾶσαν ἰδέαν στρατηγικῶν σοφισμάτων καὶ παλαισμάτων τρεπόμενος: quorum strategematum nonnulla D ibi commemorat. Sic στρ. γύμνασμα, Exercitationis genus quo imperatores et duces solent uti. Philo V. M. 1. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀγρίων θήρα, στρατηγικὸν κατ' ἐχθρῶν ἐστὶ γύμνασμα, Imperatoria est in hostes exercitatio. Cui loco similem habes in Στραταρχία ex Eodem. Itidem τὰ στρατηγικὰ ἔργα, Xen. (K. II. 1, 6, 12.) ut Aristot. στρατηγικαὶ πράξεις, Eth. 1, 1. Rursum Plut. Fab. Ὑπὲρ στρατηγικῆς σκηνῆς, Supra tentorium imperatoris. || Peritus et callidus scientiæ imperatoriæ, Qui imperatoris s. ducis officio fungi probe novit, Plut. Mario p. 786. meæ Ed. Πολὺ τοῦ Ὀκταβίου στρατηγικώτερος ἐφαίνετο. Cui adde hoc Aristot. Polit. 5. Εἰ στρατηγικὸς μέν τις εἴη, πονηρὸς δὲ καὶ μὴ τῇ πολιτείᾳ φίλος. Addere potes et hoc Isocr. Evag. (19.) Δημοτικὸς μὲν ὢν τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ· πολιτικὸς δὲ, τῇ τῆς πόλεως διοικήσει· στρατηγικὸς δὲ, τῇ πρὸς κινδύνους εὐβουλίᾳ: Peritum se esse ducem imperatoremque testatus est prudentia in adeundis periculis. Vel etiam ἱκανὸν στρατηγεῖν, Aptum ad obeundum munus imperatorium. Alioquin στρατηγικοὶ ἄνδρες dicuntur Qui vel gesserunt dignitatem imperatoriam, vel ad eam gerendam deligi solent: quomodo ap. Latinos Prætorii dicuntur et Consulares. Lucian. (3, 212.) Πρῶτόν γέ σοι τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, Plut. Mario, Ἄνδρα βουλευτὴν καὶ στρατηγικόν. Sic Herodian. 7, (11, 6.) Καὶ ἕτερος στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα, Alterque item prætorius, Polit. Alioquin pro Prætorius accipitur et possessive, ut cum idem Herodian. dicit, οἱ στρατηγικοὶ, sub. στρατιῶται, Milites prætoriani; et l. 2. Οἱ στρατηγικοὶ προσαγορευόμενοι, Milites qui prætoriani appellantur. Item absolute fem. gen. DICITUR Στρατηγική, ἡ, subaudito nomine substantivo ἐπιστήμη s. τέχνη, Peritia imperatoria, quæ in duce s. imperatore bono requiritur, Peritia ducendi exercitus: quæ et στρατηγία. [" Plato Euthyd. 290." Routh. Mss.] Itidem absolute et sine adjectione, substantiveque, numero PLUR. τὰ Στρατηγικά: ut τὰ πολεμικὰ dicuntur Res bellicæ. Isocr. ad Phil. (44. p. 100. Cor.) Εἰ μηδὲν πώποτε μεταχειρισάμενοι τῶν στρατηγικῶν, σοὶ τολμῶμεν παραινεῖν τῷ πλεῖστα καὶ μέγιστα διαπεπραγμένῳ κατὰ πόλεμον, Nihil munerum imperatoriorum, i. e. Nullam στρατηγίαν. Et magister quidam ap. Athen. (378.) qui suos discipulos docuerat ἀστρολογεῖν, ἀρχιτεκτονεῖν, φυσιολογεῖν, Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἔλεγε τὰ στρατηγικὰ, sc. ἔργα, Disserebat de peritia imperatoria, et docebat τὴν στρατηγικήν. Item Στρατηγικὰ Πολυαίνου quidam appellant Libros illos, quibus varia variorum imperatorum strategemata commemorat. [" Ammon. 98. ad Charit. 289. Cattier. Gazoph. 47. ad Herod. 459. ad Diod. S. 1, 413. 2, 56. 57. 282. ad Dionys. H. 2, 699. Peritus muneris imperatorii, Xen. Mem. 1, 1, 7. 8. Bibl. Crit. 2, 1. p. 103. Conf. c. στρατιωτικὸς, ad Charit. 674." Schæf. Mss.] Στρατηγικῶς, Imperatorie, [" Toup. Opusc. 1, 385. Diod. S. 2, 177." Schæf. Mss.] Ἀστρατηγικὸς, Imperatoriæ artis ignarus, Malus imperator, φαῦλος στρατηγός: unde superlat. ἀστρατηγικώτατος, quod affertur e Cic. Ep. ad Att. (8, 16.) pro Imperatoriæ artis imperitissimus. Sed in iisd. Epistolis legi et ἀστρατήγητος, infra docebo. [* " Ἀστρατηγικῶς, Schol. Il. Ξ. 78." Wakef. Mss.] " Ἀστραγητικὸς, Ignarus ducendi exercitus, " VV. LL. perperam pro ἀστρατηγικὸς s. ἀστράτηγος " etiam."

A Στρατηγὸς derivatum est ET Στρατηγὶς, ίδος, ἡ, i. q. στρατηγικὴ, Imperatoria, etiam Prætoria: πύλη, Porta imperatoria s. prætoria, i. e. per quam imperator aut prætor educere exercitum solet: πύλη, Porta τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς, ut Plut. loquitur. Soph. Aj. (49.) p. 4. Καὶ δὴ 'πὶ δισσαῖς ἦν στρατηγίσιν πύλαις, Ad utriusque ducis portam venerat, Agamemnoni sc. et Menelai, qui Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ ἡγεμόνευον. Itidem στρ. ναῦς, Navis imperatoria s. prætoria, i. e. qua imperator s. prætor vehi solet, quæ et ναυαρχὶς dicitur, ut supra in hac ipsa voce docui. Nam in exercitu navali στρατηγὸς et ναύαρχος idem sunt, i. e. Præfectus classis, Dux copiarum navalium, Imperator exercitus navalis. Legitur autem hoc στρατηγὶς ναῦς non ap. Thuc. solum, (2, 84.) sed et ap. Plut. et alios: qui Plut. dicit etiam (Anton. 39.) στρατηγίδες σπεῖραι, Cohortes prætoriæ, ut Bud. interpr. qui id ipsum ex Appiano quoque citat. [" Toup. Opusc. 1, 132. Diod. S. 1, 692." Schæf. Mss. * Στρατηγὶς, ἡ, Imperatrix, Aristoph. Ἐκκλ. 870. παρὰ τῇ στρατηγίδι. " Supra 835. ἐπείγεσθ' εὐθὺ τῆς στρατηγίδος. Hoc substantivo augeantur Lexica, in quibus στρατηγὶς reperitur quidem, sed tantum adjective." Brunck.]

INDE ET Στρατήγιον, τὸ, Domicilium τοῦ στρατηγοῦ, Tentorium aut Domus imperatoris. Suid. exp. ὁ τόπος τοῦ στρατοῦ, (sic enim et in Ms. Cod. legitur,) quibus verbis Castra potius denotantur. Hoc autem affert exemplum, Οἱ μὲν ἡγεμόνες πρὸς τὸ στρατήγιον, ἡ δὲ πληθὺς πρὸς τὰς ἰδίας σκηνὰς ἔθεον, ubi pro Prætorio etiam accipere posses, ut interpr. ap. Plut. Pericle, Καλεῖ ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ στρατήγιον, Vocat ad tribunal et prætorium. Quo in l. sicut στρατήγιον et βῆμα copulat, ita et alibi: ut in Polit. Præc. Βλέπειν ἀπὸ τοῦ στρατηγίου πρὸς τὸ βῆμα. Apud Eund.

in l. περὶ Πολυπρ. (p. 61.) quidam curiosus novarum rerum perscrutator, Οὐ γέγονας κατ' ἀγοράν; οὐ παρελήλυθας τὸ στρατήγιον; Idem alibi, Τῷ στρατηγίῳ τὸ θέατρον ἀνταναστῆσαι. Sicut vero ille rerum novarum investigator alterum interrogat annon præterierit τὸ στρατήγιον, ita Synes. Ep. 109. Λόγους καινοὺς, οὓς εἰκός σε κομίζειν ἀπὸ τοῦ στρατηγίου, Utpote qui a prætorio, s. a principis comitatu, reversus sis. || Pro Castris accepit Soph. Aj. (721.) p. 44. μέσον δὲ προσμολὼν στρατήγιον, Κυδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις ὁμοῦ. Ubi annotat Schol. Attice ibi στρατήγιον poni pro στρατόπεδον: proprie autem esse τὸν τόπον ὃς τοῖς στρατηγοῖς ἀφιέρωται μετὰ τῶν ἄλλων τῶν προυχόντων βουλεύεσθαι. ["Diog. L. Solone p. 18. HSt." Seager. Mss. "Lobeck. Aj. p. 332. Dionys. H. 3, 1751. 1752." Schæf. Mss.] SCRIBITUR ET Στρατηγεῖον pro στρατήγιον, Æschin. c. Ctes. p. 70. 71(=74.) Εἰ δέ τις αὐτῷ τῶν στρατηγῶν ἀντείποι, καταδουλούμενος τοὺς ἄρχοντας, καὶ συνεθίζων μηδὲν αὐτῷ ἀντιλέγειν, διαδικασίαν ἔφη γράψειν τῷ βήματι πρὸς τὸ στρατηγεῖον, Minatur se judicium dictaturum, controversiamque pulpito cum prætorio constituturum. Et mox, Πλείω γὰρ ὑμᾶς ἀγαθὰ ὑφ' ἑαυτοῦ ἔφη ἀπὸ τοῦ βήματος πεπονθέναι, ἢ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐκ τοῦ στρατηγείου. ["Heringa Obss. 205. Ammon. 17." Schæf. Mss.]

nem, operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat. Ubi tamen σφαιριστήριον accepit pro σφαίρισις, i. e. Lusio pilaris: de qua Plin. Junior Ep. 3. Ubi hora balinei nuntiata est, in sole, si vento caret, ambulat nudus; deinde movetur pila vehementer et diu. I. e. In sphæristerio sese exercet pila; est enim σφαιριστήριον balinei locus in quo pila solebant exerceri, et post varias exercitationes defricari. Vide et Bud. Annot. Prior. in Pand. [* Σφαίριστρα, i. q. σφαιριστήριον, Plut. 9, 338. Schneidero susp.] Σφαιριστής, Qui pila ludit, callet artem ludendi pila, novit ludere pila, Jacere excipereque et reddere pilam peritus. Athen. (548.) Ἦν δὲ ὁ Λύκων καὶ σφαιριστὴς ἀγαθὸς καὶ ἐπιδέξιος, Scite et dextre ludebat pila. [Cf. Συσφαιριστής. "Toup. Emendd. 2, 226." Schæf. Mss.] Σφαιριστικὸς, Pertinens ad σφαιριστὴν, Peritus ludere pila, ἀγαθὸς καὶ ἐπιδέξιος σφαιριστής. [Male * Σφαιρητικὸς, in Clem. Alex. Str. 2. p. 442, 24. Vide Bast. in Add. ad Greg. Cor. 917.] Fem. Σφαιριστικὴ, sc. τέχνη, Ars s. Scientia ludendi pila, Athen. (14.) Πολὺ δὲ τὸ σύντονον καὶ καματηρὸν τῆς περὶ τὴν σφαιριστικὴν ἁμίλλης. Ibid. Timocrates Lacon dicitur scripsisse περὶ Σφαιριστικῆς, de Arte s. Scientia et dexteritate quæ in lusione pilari requiritur. Ibid. ead. signif. usurpatum LEGITUR Σφαιρικὴ: Πολλοὶ διὰ τὴν σφαιρικὴν αὐτῷ συναπεδύοντο τῶν Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως φίλων, de Ctesibio Philosopho Chalcidensi, qui οὐκ ἀηδῶς ἐσφαίριζε. Et paulo ante, Διαβόητος ἐπὶ σφαιρικῇ, de quodam Demotele. Et Suid. Τὴν δὲ σφαιρικὴν ἔπαιζεν Ἀριστόνικος ὁ Καρύστιος, ὁ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως συσφαιριστής. [Vide Συσφαιριστής. "Σφαιριστική, Σφαιρική, Toup. Opusc. 1, 461." Schæf. Mss.]

[* "Ἀνασφαιρίζω, Theod. 1, 951." Kall. Mss. * "Ἀντισφαιρίζω, Pila invicem ludo, Cum aliis ad pilam componor. Ita fere omnes vett. Interprr. vertunt Λ. 9, 5. τοὺς ἀντισφαιριοῦντας. Sed 1. caret hoc verbum auctoritate. 2. J. Poll. 9, 107. habet quidem ἀντιπέμπειν, ἀνταφιέναι, * ἀνταποφέρειν, et §. 104. ἀντιβαλεῖν, sed non ἀντισφαιρίζειν. 3. Vett. Edd. usque ad Castal., qui primus invexit ἀντισφαιριοῦντας, habent ἀντιφεροῦντας, quod commode mutari potest in ἀντιφεριοῦντας. Nam ἀντιφερίζειν dicuntur, Qui comparantur ad quodcunque certamen. Et hæc est Zeunii ratio. Aliter locum tentat Morus." Lex. Xen.] Ἀποσφαιρίζω, Ejaculor et relido pilam, Pilam repello s. resilire facio, Retorqueo et relido in modum pilæ, Aristot. Probl. 9, 24. Bud. [* Ἀποσφαίρισις, Excursio, Schol. Lycophr. 17. al. * Ἀποσφαίρησις, vide Müller. T. 1. p. 301. * Διασφαιρίζω, Eur. Bacch. 1133. * Ἐκσφαιρίζω, Nicet. Ann. 4, 3. "Const. Manass. Chron. p. 111." Boiss. Mss. * Μετασφαιρίζω, unde * Μετασφαιρισμὸς, Antyllus Oribasii p. 123. Matthæi.] Συσφαιρίζω, Una cum alio s. aliis pila ludo. Συσφαιριστὴς, Collusor in ludo pilæ. Suid. in Σφαιρική. ["Suidæ verba ista, quæ habet ille sub v. Σφαῖρα, et iterum v. Χορεία, desumta videntur ex integro olim Athenæi opere l. 1., ubi Epitome p. 19. et Ptol. Hephæstio p. 306. idemque Suidas v. Ὅρμησις, simplex vocab. σφαιριστὴς habent." Schw. Mss. "Toup. Opusc. 1, 461. Emendd. 2, 226." Schæf. Mss.]

ΣΦΑΚΟΣ, ὁ, Salvia, ἐλελίσφακος, ut Suid. exp. ap. Aristoph. hoc in loco (Θ. 486.) Κᾆθ' ὁ μὲν ἔτριβε κεδρίδας, ἄνηθον, σφάκον. Itidem leg. videtur ap. Diosc. 3, 40. Ἐλελίσφακον· οἱ δὲ ἐλαφόβοσκον, οἱ δὲ σφάκον: et ap. Apul. de Virt. Herb., Salviam quidam Græcorum Cission, alii Elelisphacon, alii Sphacon, alii Bechion appellavere: Ægyptii Anusi, Itali Salviam, alii Tussilaginem vocant. Elelisphacos agrestis, gravioris est odoris: usualis vero, quæ est boni odoris ac lenioris, Salvia vocatur. Apud illum tamen legitur σφάγνον in vulgatis Edd., ap. hunc vero Phacon. ["Salviam arboream hodie in Græcia vocatur ἐλεσφακιά, teste Sibthorpio ap. Walpole p. 240. quam in Prodromo Floræ Gr. non reperi nominatam." Schn. Ind. Theophr.] || Plinio est φυτὸν longe diversum a salvia; sic enim ille 24, 6. Spha-

A gnos, s. Sphacos, s. Bryon, et in Gallia (ut indicavimus) nascitur. Et 12, 23. Sphagnos infra eos situs in Cyrenaica provincia maxime probatur: alii Bryon vocant. Fertur et in Ægypto nasci, quin et in Gallia: nec dubitarim. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, sed odore præstantes. Pro hoc sive σφάκος sive σφάγνος legimus φάσκον ap. Theophr. H. Pl. 3, 9. Ὁ δὲ καλοῦσί τινες φάσκον, ὁμοίως τοῖς βρογχίοις ἡ αἰγίλωψ φέρει, πολιὸν καὶ βρόγχιον· καὶ γὰρ πηχυαῖον κατακρεμάννυται, καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. Unde est quod Plin. scripsit 16, 8. E glandiferis sola quæ vocatur Ægilops, fert panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes, cubitali magnitudine, odoratos. Apud Hes. vero hæc leguntur, Σφακὸς, χόρτος, ὃν τὰ κτήνη ἐσθίει· οἱ δὲ τὸ ἐπὶ τῶν δρυῶν ἐπιγεννώμενον, ὃ καλοῦσι βρύον· οὐκ εὖ· ἐκεῖνος γὰρ φακὸς λέγεται. Quem Lexicogr. sequendo, ap. Theophr. leg. foret φακὸν, itidemque ap. Plin. Nec mendi suspectum haberi B debet illud φακὸς, cum ipse in litera φ sic scribat, φακὸς, βρύον τὸ ἐν λίμνῃ, Muscus palustris. Nota igitur in ante citatis ll. hæc quoque NOMINA, Σφάγνος SIVE Σφάγνον: ITEM Φακὸς ET Φάσκον. ["Σφάγνον, Seseli, Diosc. Notha 454. Aspalathus, 441." Boiss. Mss. "Σφάκος, Phryn. Ecl. 40. Kuster. Aristoph. 55." Schæf. Mss. Vide Lex. VV. Peregr. p. ccviii.]

Ἐλελίσφακος SIVE Ἐλελίσφακον, i. q. σφάκος, i. e. Salvia: quanquam Apul. sylvestrem salviam hoc nomine videtur intelligere, sativam autem, σφάκου appellatione. Est et sylvestris elelisphacos (inquit Plin. 22, 25.) dicta a Græcis, ab aliis Phacos. Est ea sativa leute levior, et folio minore atque sicciore et odoratiore. Est et alterum genus ejus sylvestris, odore gravi: hæc mitior. Et paulo post, Nostri, qui nunc sunt, herbarii Elelisphacon Græce, Latine Salviam vocant, menthæ similem, canam, odoratam. Vide plura ap. Diosc. 3, 40. ubi neutro genere ἐλελίσφακον dicit. Masc. autem genere utuntur, Gal., C Aët., Paulus Ægin. [Theophr. H. Pl. 6, 11, 4. Sprengel. Hist. Rei Herb. p. 76.] UNDE Ἐλελισφακίτης οἶνος, Vinum salviatum, Diosc. 5.

Σφακώδης, Abundans σφάκῳ, Dives σφάκου. Hes. σφακώδη κλιτὴν exp. καθ' ὃν ὁ φακὸς ἐφύετο: subjungens, σφακὸν esse ἄγριον φυτόν.

Σφάκελος, ὁ, Species quædam est τοῦ σφάκου s. ἐλελισφάκου, Salvia mas, ut quidam volunt, qui ἐλελίσφακον dicunt esse Salviam feminam et latifoliam: utramque autem in hortis nunc coli. Theophr. H. Pl. 6, 2. Σφάκελος δὲ καὶ ἐλελίσφακος διαφέρουσιν, ὡς ἂν τὸ μὲν, ἥμερον, τὸ δὲ, ἄγριον· λειότερον γὰρ τὸ φύλλον τοῦ σφακέλου, καὶ ἔλαττον, καὶ ἧττον αὐχμηρόν· τὸ δὲ τοῦ ἐλελισφάκου, βαρύτερον. Unde desumsit Plin. quæ in Ἐλελίσφακος citavi: quamvis ibi ἐλελίσφακον videatur in lentium genere ponere. ["At vitiose ap. Theophr. σφάκελος vulgo legi, cum σφάκος oportuisset, jam pridem docuere VV. DD. Vide Bod. a Stapel. ad Theophr. 570. Pariter ap. Athen. 63. σφάκελον in accus. casu vulgo legebatur, ubi σφάκον D correxit Schw., præeunte eod. Bod. 638." Schw. Mss.] || Alioquin Σφάκελος est Partis inflammationem perpessæ mortificatio; præcedente sc. phlegmone: quæ si nec digeri, nec in pus mutari potest propter magnitudinem suam, vel caloris nativi roborisque infirmitatem, primum εἰς γάγγραιναν, deinde vero εἰς σφάκελον degenerat. Appellant enim Medici γάγγραιναν quidem, Mortificationem non perfectam, sed quæ adhuc fiat: σφάκελον vero, cum ea perfecta est. Cujus non aliud remedium est quam emortuum membrum quamproxime sanæ parti præcidere. Est igitur inter magnam phlegmonem et σφάκελον media gangræna, tanto gravior ejusmodi inflammatione, quanto levior est sphacelo. Sub hoc enim natura membri universa corrumpitur: idemque, ubi jam hæret, curationem non admittit. Notæ ejus sunt, sensus partis ægræ prorsus abolitus, et color niger, sicut gangrænæ color lividus, sensusque doloris hebes. Hippocr. (sicut annotat Gal. Comm. 2 in l. Περὶ Ἀγμῶν) σφάκελον vocat, Ubi os e toto cor-

rumpitur: id quod accidit, cum a superjecta carne A sanies perniciosa in ipsum defluit. Quod ubi carnosis partibus accidit, aliis atque aliis nominibus appellat, putrescentem hoc modo carnem, alias *μυδῶσαν*, alias *σαπρὰν* vel *σηπομένην* vocans. Vide Gal. Comm. in Aphor. 79. l. 7., ubi *ἐπὶ σφακελισμῷ ἀπόστασις ὀστέου*. Vide et Aët. l. 3. Serm. 2. c. 56. In arboribus *σφάκελος* dicitur Cum radices nigrescunt atque emoriuntur; Cum vero cœli injuria eædem tabescunt, et sideribus causa imputatur, *ἀστροβολησία* nominatur s. *ἀστροβολία*, Lat. Sideratio. Theophr. H. Pl. 4, 16. *Ἁλίσκεται συκῆ μάλιστα καὶ σφακελισμῷ καὶ κράδῳ, καλεῖται δὲ σφακελισμὸς, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι.* Hinc est quod scribit Plin. 17, 24. Sideratio toto cœlo constat: verum ut homini nervorum cruciatus, sic et arbori; ac duobus æque modis. Aut enim in pedes, h. e. radices, erumpit vis morbi, aut in articulos, h. e. cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. Inarescunt ergo: et sunt ap. Græcos sua nomina utrique vitio. Lege rursus Theophr. C. Pl. B 5, 10. ubi inter *σφακελισμὸν* et *ἀστροβολίαν* distinguit. || *Σφάκελος* pro Gangræna quoque accipi dicitur, i. e. pro Incipiente sphacelo, ut ap. Hippocr. Aphor. 50. l. 7. *Ὀκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι ἀπόλλυνται· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσι, ὑγιέες γίνονται.* Ubi Gal., Si (inquit) tales sanescunt, non erat *σφάκελος* proprie dictus, sed *γάγγραινα*, quæ potius in carne intelligitur, ut *σφάκελος* in ossibus. Sed et alii Scriptt. vett. Gangrænam *σφακέλου* appellatione intellexisse putantur, ut Auctor Proverbii illius ap. Suid. *Σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν*, de quo Erasm. Chil. Item in hac gradatione Epicharmi ap. Athen. (36.) in mores depravatos, *ἐκ μὲν θυσίας Θοίνη· ἐκ δὲ θοίνης, πόσις ἐγένετο — Ἐκ δὲ πόσιος, κῶμος· ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία· Ἐκ δὲ θυανίας, δίκη 'γένετ', ἐκ δίκης δὲ καταδίκη· Ἐκ δὲ καταδίκης, πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ ζημία.* Quæ sic quidam interpr. E sacrificio quidem, epulum; e epulo vero, orta est potatio; e potatione, comessatio; e comessatione, bacchatio; e bacchatione, enata lis est et C judicium; ex judicio, secuta est damnatio; inde provenerunt compedes et gangræna et mulcta. || Equis etiam accidit *σφάκελος*, ut testatur Apsyrtus in Hippiatria, *Βούλομαί σε εἰδέναι ὅτι ἐν τοῖς ἵπποις σφακελισμὸς γίνεται, οὗ σημεῖα τάδε· πίπτει ἐξαίφνης, καὶ τῶν ἄρθρων ἃ μὲν ἀνίεται, ἃ δὲ συντείνεται, καὶ παλμὸς ὅλου τοῦ σώματος· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀφρὸς περὶ τὸ στόμα γίνεται.* Ubi quidam interpr. Siderationem, non assentientes iis qui Comitialem morbum verterant, quem Plin. et Solinus solis animalium hominibus et coturnicibus ajunt accidere: Hippocr., capris etiam, in l. *Περὶ Ἱερῆς Νούσου*. || Æschylus *σφάκελον* appellasse dicitur *παραπληξίαν* et mentis emotionem, Pr. (877.) *Ὑπό μ' αὖ σφάκελος καὶ φρενοπληγεῖς Μανίαι θάλπουσι*, Furore atque insania accendor. Idem de Furioso ventorum impetu accepit, (1044.) dicens, *αἰθὴρ δ' ἐρεθιζέσθω βροντῇ, σφακέλῳ τ' ἀγρίων ἀνέμων*, Schol. exp. *σύντονον κίνησιν*, proprie esse scribens *σῆψιν ἐγκεφάλου*. Suid. exp. non solum *σῆψιν τοῦ μυελοῦ καὶ τῶν ὀστέων*, item *παραπληξίαν*, D sed etiam *σφυγμὸν* et *παλμὸν*, ut i. fere sit q. *σφαδασμός*: Hes. *ἄμετρον ὀδύνην καὶ μετὰ σπασμοῦ τῆς χολῆς πρόεσιν.* || *Σφάκελος* Suidæ est etiam *ὁ μέσος δάκτυλος τῆς χειρὸς*, Medius digitus, qui et infamis nominatur: forsan ita a sphaceli morbi ob putredinem spurcitia dictus. [" Thom. M. 881. Aristoph. Fr. 261. ad Mœr. 342. 394. 420. ad Timæi Lex. 123. Villebr. ad Athen. 1. p. 177. Lips., Ammon. 141. Valck. Anim. 220. Eurip. 3. p. 296. ad Herod. 230." Schæf. Mss. " Opp. 'A. 2, 583. 5, 540." Schæf. Mss. Corai. ad Hippocr. de Aëre §. 65. Blomf. Gl. in Æsch. Pr. 903. * " *Σφακελώδης*, Archigenes Galeni de LL. Aff. 3, 263." Boiss. Mss.]

Σφακελίας, ὁ, Qui infestatur *σφακέλῳ*, Qui laborat *σφακέλῳ*, s. *ὁ σφακελίζων*, *ὁ σφακελιζόμενος*, Theophr. C. Pl. 5, 11. *Ὁ ἐρέβινθος ἀπόλλυται σφακελίας.* Quo cum loco cf. quendam in *Σφακελίζω* citatum.

Σφακελίζω, Infestor eo morbo qui *σφάκελος* nominatur. ET *Σφακελίζομαι*, ead. signif. Dicitur enim A in animante, item et in planta, pars aliqua *σφακελίζειν* s. *σφακελίζεσθαι*, cum *νεκροῦται*, et quasi mortificatur, amisso sc. sensu et motu, propter caloris nativi et insiti extinctionem, i. e. *σβέσιν*: quam *σβέσιν* consequitur *μελανισμὸς καὶ σῆψις φονώδης*: extincto enim eo calore, nigredo ejusd. partis emortuæ sequitur et putredo cadaverosa. Seu brevius, Cum extincto calore naturali pars emortua denigratur et putrefit, carieque ac tabe exeditur: quod est absoluta gangræna; ubi enim vehemens inflammatio neglecta pervenit ad summum, gangræna oritur: inde *σφάκελος* s. *σφακελισμὸς* proficiscitur, si non curetur ipsa gangræna. Aristot. H. A. 3. *Σφακελίζει τὰ ὀστᾶ*, Ossa carie absumuntur et contabescunt. Sic Plato Tim. *Σφακελίσαν ὀστοῦν*, Os tabefactum et carie exesum: ut ap. Poëtam, ossa fluentia tabo, Ovid. cæca tabe liquefactæ medullæ. Arbores etiam, s. plantæ, dicuntur *σφακελίζειν* s. *σφακελίζεσθαι*, Cum sc. earum radices nigrescunt atque emoriuntur: *ἀστροβολεῖσθαι* autem, Cum siderantur, s. sidere afflantur. Theophr. B C. Pl. 5, 11. prolixius describit quid in plantis dicatur *σφακελίζειν* s. *σφακελίζεσθαι*, quæque ejus vitii causa sit: ubi etiam addit, quosdam et *τὸ ἀστροβολεῖσθαι* nominare *σφακελίζειν*: ipse tamen capite præcedente inter *σφακελισμὸν* et *ἀστροβολησίαν* distinguere videtur. Idem 3, 30. de cicere, *Καταπλυθείσης δὲ τῆς ἅλμης, ὥσπερ συμφύτου τινὸς στερόμενος, σφακελίζεται, καὶ ὑπὸ καμπῶν κατεσθίεται*, Vitiatur atque tabescit, et ab erucis consumitur. Ibid. *Σφακελίσαντες ἐρέβινθοι διαφθείρονται*, Ciceres radicibus carie tabeque putrescentibus pereunt. Et H. Pl. 8. *Σφακελίζει τὰ ὄσπρια*, Leguminum radices carie ac putredine vitiantur et pereunt. Alii, Siderantur, *ἀστροβολοῦνται*: quod paulo diversum esse docet Theophr. C. Pl. 5, 10. et 11. || Porro sicut *σφάκελος* interdum dicitur de incipiente eo vitio, i. e. Gangræna, ita et *σφακελίζειν* pro *γαγγραινοῦσθαι*, i. e. Gangræna vitiari, sciendum est accipi: potestque id vitium in carnibus initio curari: vetus autem sphacelus in ossibus, et qui per longas invaluit moras, curationem C non admittit, sicut nec absoluta gangræna: solumque ferrum postulat. Atque adeo Gal. in Aphor. 50. l. 7. ostendit Hippocr. *περὶ Ἀγμῶν καὶ Ἄρθρων* verbum *σφακελίζειν* sæpe posuisse pro *διαφθείρεσθαι*: nam *σφάκελον* esse *φθορὰν τῆς οὐσίας ὅλης ἑκάστου τῶν σφακελιζόντων μορίων*, præcipue in ossibus. Eund. tamen Hippocr. verbum illud de gangræna usurpasse in eo aphorismo videri: sicut Herod., ubi dicit *τὸν μηρὸν τοῦ Καμβύσου σφακελίσασθαι*: [cf. 3, 66. *Ὡς ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον καὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη.*] Sic vero Idem 6, (136.) *Σφακελίσαντος αὐτῷ τοῦ μηροῦ.* Ubi tamen male quidam interpr. Dissoluto ejus femore. Apud Diosc. 4, 104. legimus *σφακελίζοντα ἕλκη*: et 2, 153. *σφακελίζοντα τραύματα*: ut sit, Ulcera et vulnera ad siderationem vergentia, tabemque minantia, corrupta et vitiata ea parte quam infestant. Ubi *διάθεσις* tantum indicatur, non autem completa ac perfecta corruptela. Ad mentem vero relatum *σφακελίζειν* s. *σφακελίζεσθαι*, ajunt significare *τὸ παραπλήττεσθαι* s. *τὴν διάνοιαν φθείρεσθαι*, D Animo tabescere: ut *ἐσφακελισμένος νοῦς* sit quod Ovid. de Ponto Eleg. 1, (1, 67.) dicit, mens tabida facta. Et Sallust. Cat. Ubi tabes plerosque civium animos invaserat. [" Ad Mœr. 342. ad Timæi Lex. 123. Eurip. 3. p. 296. Wessel. ad Herod. 230. 501. Thom. M. 881." Schæf. Mss. " Pherecr. Athenæi 3, 7." Boiss. Mss. Dionysii Epitome 12, 8. Schleusn. Lex. V. T.]

Σφακελισμὸς, Ipsum *πάθος τοῦ ἐσφακελισμένου*, i. q. *σφάκελος*, quod vide, Theophr. H. Pl. 4, 16. *Τοῖς δ' ἡμέροις ἐστὶ πλείω νοσήματα· καὶ τὰ μὲν, ὥσπερ κοινὰ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις, οἷον τό, τε σκωληκοῦσθαι καὶ ἀστροβολεῖσθαι, καὶ ὁ σφακελισμός.* Aliquanto post, *Ἁλίσκεται συκῆ μάλιστα καὶ σφακελισμῷ καὶ κράδῳ· καλεῖται δὲ σφακελισμὸς μὲν, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι· κράδος δ', ὅταν οἱ κλάδοι*: Plin. 17, 14. Arborum quidam communes morbi, quidam privati generum. Communis, vermiculatio est, sideratio, et dolor membrorum: unde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominum miseriis. Ubi nota discrimen

statui inter siderationem, quæ est τὸ ἀστροβολεῖσθαι, et inter σφακελισμὸν, qui est Dolor membrorum. Quod clarius patet e sequentibus ap. Theophr.: nec non ap. Plin. Sideratio tota, inquit, cœlo constat. Quapropter et grando in his intelligi debet, et carbunculatio, et quod pruinarum injuria evenit. Proprium tamen siderationis est, ab ortu canis siccitatum vapor, cum insitæ ac novellæ arbores moriuntur; præcipue ficus et vites. Et mox, Verum ut homini cruciatus nervorum, sic et arbori; ac duobus æque modis. Aut enim in pedes, h. e. radices, erumpit vis morbi; aut in articulos, h. e. cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. Inarescunt ergo: et sunt ap. Græcos sua nomina utrique vitio. Undique primo dolor, mox et macies earum partium fragilis, postremo tabes morbusque, non intrante succo, aut non perveniente: maximeque id fici sentiunt. Nota igitur quomodo interpretetur has tres voces, NIMIRUM Σκωλήκησις, ET 'Αστροβολησία, ET Σφακελισμὸς, sc. Vermiculatio, Sideratio, Dolor membrorum. Quod postremum explicat planius iis verbis quæ postrema sunt in l. c., cum ait undique primum dolorem sentiri, mox et maciem earum partium fragilem: postremo tabem morbumque, non intrante succo aut non perveniente, ita ut radices inarescant: quæ morbi vis si erumpat in articulos, h. e. cacuminum digitos, vitium id DICITUR Κράδος. De sideratione intelligunt nonnulli quod Horat. Carm. 3, 1. dicit, nunc torrentia agros Sidera: quam siderationem arboribus evenire dicunt, cum pestifero aliquo sidere afflantur atque adeo percutiuntur: unde ἀστρόβλητοι etiam s. ἀστροβόλητοι nominantur. Aliis magis placet, iis verbis ab eo describi vel τὴν ἐπίκαυσιν, i. e. Incendium s. Æstum immoderatum, e quo rubigo oritur; vel Uredinem: et tale fere esse illud, Epod. 16. nullius astri Gregem æstuosa torret impotentia. ["Valck. Anim. ad Ammon. 221. Eurip. 3. p. 296." Schæf. Mss.]

[* Σφακελιστὸς, unde] "'Ασφακέλιστον, Hes. ἀπερίστατον, οὐ μελανθὲν ἀσφάλτῳ. Sed videndum ne "pro ἀσφάλτῳ scr. sit σφακέλῳ: sonat enim potius "τὸ οὐκ ἐσφακελισμένον: comitari autem τὸν σφάκελον s. τὴν γάγγραιναν, μελασμὸν, notum est."

'Αποσφακελίζω, i. q. simplex σφακελίζω, nisi quod præp. vim ejus auget. Exp. transitive etiam Debilito, Putrefacio: ut sit, Σφάκελον induco, Σφακέλῳ vitio. [Herod. 4, 28. Plut. Lycurgo 16. "Ad Timæi Lex. 123. Valck. Anim. ad Ammon. 221. Aristoph. Fr. 260." Schæf. Mss. Bekk. Anecd. 422. * 'Αποσφακελισμὸς, Schn. Lex. ἀμαρτύρως. * 'Αποσφακέλισις, Hippocr. 831. * 'Επισφακελίζω, Aret. 59. Hippocr. 790. * 'Επισφακέλισις, 816.]

Φάκελον quoque ap. Ammon. ea signif. legimus, qua supra habuimus σφάκελος. Nam indicans quid discriminis sit inter φάκελος et φάκελον, sic scribit, φάκελος quidem est φορτίον ξύλων, ut ap. Thuc. (2, 77.) Φακέλους ὕλης: at φάκελον, ὁ μετὰ φλεγμονῆς σπασμός. Ego tamen de generis mutatione non assentior Ammonio, sed assentirer potius de diversa scriptura. Nam SICUT Σφάκελλος gemino λ scriptum diversam habet signif. a Σφάκελος scripto unico λ, ita ETIAM Φάκελλος existimo synonymum esse τῷ Σφάκελλος, ET Φάκελος τῷ Σφάκελος. Quod certe si ita est, Σφάκελος et Φάκελος dicentur συνωνύμως de Morbo illo in quem absoluta gangræna desinit, ortum e vehementi inflammatione, quæ initio fuit neglecta: ut Σφάκελλος s. Φάκελλος poni pro Fasciculo s. Fasce dicentur: Dionys. H. Hist. 7. Σφάκελλοι φρυγάνων, Fasces s. Fasciculi virgultorum, pro quo 10. (p. 642, 41.) habet Φακίολοι φρυγάνων: et Lucas Act. 28, (3.) Πλῆθος φρυγάνων. In quo l. Dionysii, cum σ ab initio, et duplici λ in medio, scribitur. Sæpius absque illo σ initiali, ut in his ll. quos Suidas citat: sc. e Thuc. Φοροῦντες ὕλης φακέλλους: et ex Josepho (A. J. 7, 4.) Φακέλλους ὕλης ξηρᾶς περιβαλὼν τῷ χωρίῳ, πῦρ ἐνῆκε: et e quodam Anonymo, 'Ο δὲ 'Απόλλων κελεύει ἀποδόσθαι τῷ Νικάνορι φάκελλον βύβλου, ὑ χρυσῶν· καὶ τέφραν ἐργάσασθαι, καὶ βρέξαντα τῷ τῆς Μαρίας λίμνης ὕδατι, ἐπιπλάσαι τοὺς ὀφθαλμούς. Itidem ap. Synes. Ep. 134. Πρώην ἅπασι γέγραφα φάκελλον

A ἐπιστολῶν, Διογένει δοὺς, Fasciculum literarum. Suidas in illis tribus ll. quos ex eo attuli, φάκελλον exp. φορτίον: item et δεσμὸν τῶν καλάμων, Fascem arundineum: necnon et εὐάλωτον, quod mendosum est: nam pro his verbis, quæ ap. eum leguntur, Φάκελλον, φορτίον, ἢ εὐάλωτον, expuncto ἢ, et sublata hypodiastole, leg. φορτίον εὐάλωτον, ut ap. Hes., ap. quem tamen unico λ scriptum est φάκελον: itidemque Φακέλους, φόρτους. [Cf. Opp. 'A. 4, 419.] ‖ Rursum Suidæ Φάκελλος est τὸ τῆς κεφαλῆς φόρημα, Gestamen quoddam capitis, addenti, nominari id ipsum ET Φακιόλιον: quo vocab. Fasciam intelligo. Supra autem habuimus Φακίολοι φρυγάνων, e Dionysio pro Fasciculi virgultorum: a NOM. Φακίολος, Fasciculus, Fascis. ["Tota hæc observatio nititur mendosa scriptura, quæ temere in Edd. quasdam Ammonii irrepserat: recte Valck. p. 141. ex Ald. Ed., pro φάκελον, quod semel atque iterum temere editum erat, Σφάκελος reposuit." Schw. Mss. "Σφάκελλος, ad Mœr. 394. ad Dionys. H. 3, 1336. Φάκελλος, Φάκε-
B λος, Musgr. Cycl. 241. Kuhn. ad Paus. 250. ad Anton. Lib. 182. Verh., ad Mœr. 342. 393. 410. Valck. Anim. ad Ammon. 220. ad Herod. 309. 312. Thom. M. 881. Marcell. de V. Thuc. p. 8. ad Dionys. H. l. c. (* Φακελίτης, unde) * Φακελῖτις, Heyn. in Virg. 1. p. clxxvii." Schæf. Mss. * Φακελόω, Nicet. Annal. 10, 9. Τὴν ἱστορίαν εἰς τὸ πολύστιχον ἐφακέλωσαν.]

ΣΦΑΛΛΩ, αλῶ, Supplanto, (ut ap. Cic. Supplantare eum, quicum certet,) Everto. Suid. σφήλας, καταβαλὼν, προσουδίσας, in h. l. Σφήλας ἐπὶ τὴν γῆν τὸν ἄνθρωπον, Dejecto in terram et prostrato homine. Sic Hom. etiam usurpavit: ut Od. P. 465. οὐδ' ἄρα μιν σφῆλεν βέλος 'Αντινόοιο. Et Il. Ψ. (719.) Οὔτ' 'Οδυσεὺς δύνατο σφῆλαι οὔδει τε πελάσσαι, Eum non poterat humi prosternere. [Theocr. 24, 110. 'Αλλάλως σφάλλοντι παλαίσμασι.] Similiter prosæ quoque Scriptt. usurpant. Plut. Sulla (29.) de Telesino Samnite, Καθάπερ ἔφεδρος ἀθλητὴς καταπόνῳ προσενεχθεὶς, ἐγγὺς ἦλθεν τοῦ σφῆλαι καὶ καταβαλεῖν (τὸν Σύλ-
C λαν) ἐπὶ θύραις τῆς 'Ρώμης, Ut athleta assurgens integer in labore jam confectum, non multum abfuit quin ad portas urbis Romæ everteret ac prosterneret, Xen. K. Π. 8, (8, 6.) Νομίζοντες, τὸ μὴ ὑπερπίνειν, ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν. Itidem ab Eod. Λ. (5, 4.) Αἱ οὐκ ἀναγκαῖαι πόσεις σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας. Nam qui nimio se ingurgitarunt mero, titubare in incessu solent aut prorsus corruere; nec mens eorum sibi constat. [Liv. 21, 36. Lubrica glacie in prono citius pedes fallente.] Metaphorice plerumque, ut Lat. Everto, Subverto, Labefacio, Labefacto, Pessundo. Venus ap. Eur. Hipp. (6.) Τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη, Σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα, Honoro et eveho qui mea observant jussa, et imperio meo non reluctantur: everto autem et pessundo, qui magnos sibi adversum nos sumunt spiritus. Vel, Everto bonis et honoribus. Thuc. 5, (16.) p. 170. 'Ως οὐδὲν σφήλας τὴν πόλιν διεγένετο, Nihil fecit quo resp. labefactari posset et everti, Cic.
D Paulo post dicit, 'Εν εἰρήνῃ οὐδενὸς σφάλματος γινομένου. Itidem Æschin. (71.) 'Εκ τοῦ φανεροῦ τὴν πόλιν οὐκ ἠδύνατο σφῆλαι. Nisi hic malis interpretari Fallere, Circumvenire. Nam accipitur interdum in hac etiam signif.: ut quidem exp. et ap. Plut. Fabio, "Απαξ ὀλίγον παρακρουσάμενος ἔσφηλε τὸν ἄνδρα, Semel parum abfuit quin fefellerit et circumvenerit hominem. Thuc. 2, (87.) 'Η ἀπειρία πρῶτον ναυμαχοῦντας ἔσφηλεν, Fefellit in prælio navali. Quibus tamen in ll. σφάλλειν possis accipere etiam pro Labefactare, Evertere. Clarius Fallendi signif. habet ap. Plat. Epist. 7. Ταὐτὸν δὴ καὶ Δίωνα ἔσφηλε, Idem Dionem quoque fefellit. Et ap. Herodian. 6, (5, 18.) "Εσφηλε δὲ αὐτοὺς ὁ 'Αλέξανδρος, μήτε εἰσαγαγὼν τὸν στρατὸν, μήτε εἰσελθὼν, Sed eos Alexander fefellit. Aliquanto ante, "Εσφηλε δ' αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τύχη. Opinionem ejus fefellit; s. Eum destituit et frustrata est. Plut. (7, 695.) Πολλαῖς γὰρ οἱ θεοὶ μορφαῖς οὐ σοφισμάτων, ut Eur. ait, ἀλλὰ πραγμάτων σφάλλουσιν ἡμᾶς, Multis enim modis dii nos non captionum, sed

rerum fallunt. Sed fortasse non minus recte et in h. l. et in proxime præcedentibus accipietur *σφάλλω* pro Frustror spem alicujus, Facio ut quis sua spe excidat. Quod certe est potius Spem alicujus fallo, quam simpl. Aliquem fallo. Tale est pass. *σφαλεὶς*, quod Suid. exp. *ἀποτυχὼν*, Frustratus, Qui aberravit. Apud Herm. *σφάλλω* et pro Induco in errorem, Facio ut quis erret. || Hes. non solum transitivam signif. tribuit verbo *σφάλλειν*, (exponens *κλίνειν*, *καταβάλλειν*: itidemque Σφῆλαι, *σαλεῦσαι*, *κινῆσαι*, Concutere ac labefactare, Commovere,) sed etiam neutralem, *σφάλλειν* exponens *ἁμαρτάνειν*, Aberrare: ut i. sit q. *πταίειν*. Cujus signif. exemplum desidero. || Σφάλλω exp. etiam Averto, Plut. Themist. Τὰς *ναῦς ἔσφαλλε, καὶ παρεδίδου πλαγίας τοῖς* Ἕλλησι, Naves avertebat, et Græcis latera dabat.

Pass. Σφάλλομαι, Supplantor, Dejicior, Evertor, Labefactor, Plut. de Laude Propria, Ἀνὴρ *ὑπὸ τύχης σφαλλόμενος, ἑαυτὸν εἰς ὀρθὸν καθιστὰς*, Qui a fortuna labefactatur et evertitur. Itidem Xen. Σ. (2, 26.) p. 512. Ἢν *μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεώμεθα, ταχὺ ἡμῖν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφαλοῦνται*, (quemadmodum *τὰ φυτὰ* nequeunt *ὀρθοῦσθαι, ὅταν ὁ θεὸς αὐτὰ ἄγαν ἀθρόως ποτίζῃ*,) Si nimium potemus, vinum et corpora nostra et mentes nostras labefaciet: sicuti supra dicit, Τὸ *ὑπερπίνειν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν*. Vel etiam, Faciet ut et corporibus et animis vacillemus ac titubemus, ut Epigr. Σφάλλομαι *ἀκρήτῳ μεμεθυσμένος*, Titubo ebrius mero, Inebriatus mero cespito. Nec enim ebrii solent incedere *ὀρθούμενοι*, i. e. Erecto corpore, sed vel concidunt et collabuntur, vel saltem titubant et vacillant inter eundum. Ovid. Haud aliter titubat quam si mera vina bibisset. Aristoph. Σφ. (1324.) Ὁδὶ *δὲ δὴ καὶ σφαλλόμενος προσέρχεται*, Etiam vacillans et titubans accedit. Synes. Ep. 133. de jaculis Ægyptiis, Ταύτῃ *καὶ σφάλλεται παρ' ἑαυτῶν*, A seipsis præpedita vacillant nec recta feruntur. Pro Labor, Titubo, Vacillo, accipitur et quatenus quis in sermone dicitur labi ac titubare, ut *πταίειν*. Plut. Alcib. Οὐκ *εὐπορῶν δὲ, πολλάκις ἐσφάλλετο, καὶ μεταξὺ λέγων ἀπεσιώπα καὶ διέλειπε*. Aliquando signif. Labor, Erro, Decipior, Fallor, ut vel in verbis responsisve, vel in opinione aliquis dicitur Labi, Errare, Decipi: ap. Græcos *πταίειν*, *ἁμαρτάνειν*. Plut. Symp. Sept. Sap. Εἴ *τέ τι σφάλλεται κατὰ ταύτας ἀποκρινάμενος*, Si quid errat in responsis. Aliquanto post, Ὁ Ζεὺς *ἐσφάλη περὶ τῆς τοῦ* Ἡρακλέους *γενέσεως*, Falsus fuit, *ἐψεύσθη*: nam dixerat in cœtu deorum Alcmenæ partum *πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξειν*. Juno autem omnia illius consilia evertit dolis suis. Ψευστήσεις, inquit, *οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις*, Falleris, nec ad exitum perduces quæ dixisti: qua de re vide Hom. Il. T. 101. et sequentibus. Affertur et *σφαλεὶς τῇ γνώμῃ*, pro Opinione deceptus s. falsus. Quibus adde hoc Isocr. Ἡ *ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται διαφθαρείσης τῆς διανοίας*, Animus in multis errat et titubat. Item hoc Greg. Naz. Οὐκ *ἂν σφαλείης ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ὀνόμασι*, In celsioribus nominibus non erraveris. In consiliis quoque, conatibus, et re aliqua gerenda, dicitur aliquis *σφάλλεσθαι*, ut *πταίειν* et *προσκόπτειν*, itidem pro Labi, Errare, Impingere, Infelici successu rem gerere. Herodian. 6, (6, 4.) Σφαλέντι *καὶ γνώμῃ καὶ τύχῃ*, Ut quem et opinio sua et fortuna fefellerit ac frustrata sit. Quo loquendi genere utitur et Thuc. 2, (87.) p. 77. in oratione Cnemi. Idem alibi, (8, 92.) Μὴ *σφαλῇ τῇ ἀγνοίᾳ*, Ne per inscitiam laberetur. Quo referri potest et *σφάλλεσθαι γνώμαις*, quod exp. Decipi et falli opinione. Rursum Thuc. dicit *σφάλλεσθαι πείρᾳ*, pro Frustrari conamine, cum sc. non prospere succedit quod tentavimus, 1. Ἦν *δ' ἄρα που καὶ πείρᾳ σφαλῶσι*: 2, (43.) Καὶ *ὁπότε καὶ πείρᾳ του σφαλείησαν*, Cumque in re tentanda fallerentur, Cumque eis res tentata non succederet: (7, 61.) Σφαλέντες *ἐν τοῖς πρώτοις ἀγῶσι*, Quibus res in primis præliis male successit. His autem in ll. nota dat. rei. Interdum enim sine casu positum legitur: ut ap. Eund., tum alibi, tum 3, (39.) Ὅταν *ἢ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ᾖ, ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον*, Si offenderit et rem infeliciter gesserit. Itidemque 4, (73.) p. 145. Ἢ *λαβεῖν νικήσαντας Μέγαρα, ἢ σφαλέντας τῷ βελτίστῳ τοῦ ὁπλιτικοῦ βλαφθῆναι*. Ubi etiam observa inter se opponi *σφάλλεσθαι* et *κατορθοῦν*, *σφάλλεσθαι* et *νικᾷν*: sicut ap. Eund. 2, (60.) *σφάλλεσθαι* et *εὐπραγεῖν*: et 7, (68.) p. 156. *σφαλῆναι* et *εὐτυχῆσαι*. Quibus itidem opp. verbum *πταίειν*, ut suo loco docui. Interdum et cum accus. construitur, Xen. Ἑλλ. 7, (1, 2.) Ἐλάχιστα *μὲν ἐσφαλμένοι εἰσὶν, πλεῖστα δὲ κατωρθωκότες*. Sic Plato de Rep. 1. Καὶ *ἐὰν ἄρα σφαλῇ τι, καὶ ἐπανορθοῦσθαι δυνατῷ εἶναι*, Si qua in re labatur, s. offendat, Si ei res non succedat. Rursum Xen. (Ἀπ. 2, 2, 12.) Ἄν *τι σφαλλόμενος τύχῃς*, Sicubi offendas et rem male geras, s. infeliciter, Si quid adversi tibi acciderit. Item e Thuc. (1, 69.) Σφαλεὶς *τὰ πλείω*. At *σφάλλομαί τι ὑπὸ σοῦ* exp., Aliquid abs te incommodi s. detrimenti accipio: cujus signif. hoc affertur exemplum e Xen. (K. Π. 3, 3, 30.) Μὴ *ὑπὸ πολλῶν σφαλεῖέν τι*, Ne a multis mali aliquid paterentur. Certe *τῷ σφάλλεσθαι* opponi *τὸ εὐπραγεῖν* supra docui. Cum gen. junctum signif. Frustror, Excido: ut dicitur Excidere spe, Decidere. Herodian. 2, (7. 4.) Σφαλέντες *τῶν ἐλπίδων*, Spe sua frustrati. Eadem signif. e Thuc. Σφαλεὶς *τῆς δόξης*, Spe deceptus: qui et 5, (110.) p. 196. dicit, Καὶ *εἰ τοῦδε σφάλλοιντο*, Quod si et hac spe frustrarentur: ut sit pro *τῆς τοῦδε ἐλπίδος*. Potest tamen et aliter exponi eod. alioqui sensu. Ex Hermog. quoque affertur *σφάλλομαι τούτου*, pro Ab hoc aberro. Huc refert *σφαλεῖεν*, quod Hes. exp., *ἐπιτύχοιεν*, *ψευσθεῖεν*: et *σφαλεὶς*, quod Suid. *ἀποτυχών*. Addi potest et *σφάλλονται*, quod Hes. exp. *ἁμαρτάνουσι*: nam et *ἁμαρτάνειν τινὸς* dicitur pro *ἀποτυγχάνειν* et *ἀφαμαρτάνειν*. Porro et res pass. *σφαλῆναι* dicitur pro Male geri, Infelici successu administrari: ut contra *κατορθοῦσθαι*, Cum prospere succedit. Thuc. 2, (65.) Ἃ *κατορθούμενα μὲν, τοῖς ἰδιώταις τιμὴ καὶ ὠφέλεια μᾶλλον ἦν· σφαλέντα δὲ, τῇ πόλει ἐς τὸν πόλεμον βλάβη καθίστατο*, Quæ prospere succedentia, honori et emolumento erant cuique; sin male evenirent, civitati ad summam belli Peloponnesiaci erant incommodo. Item *τὰ ἐσφαλμένα μοι* dixit Bud. pro *τὰ σφάλματά μου*, Errata mea.

[" Σφάλλω, Valck. Hipp. p. 177. 183. 297. 316. Diatr. 203. ad Od. Γ. 320. ad Herod. 517. (7, 142.) ad Charit. 525. Musgr. Iph. A. 1512. Jacobs. Anth. 7, 97. ad Diod. S. 1, 659. 2, 444. Heind. ad Plat. Gorg. 49. Unde? Cattier. Gazoph. p. 9. Σφάλλομαι, Xen. K. Π. 40. Eur. Phœn. 765. Valck. p. 274. Xen. Eph. 66. et n., Brunck. El. 1481. Conf. c. ἐφάλλομαι, ad Diod. S. 1, 192. ad Herod. 621. Σφάλλεσθαι *περὶ αὐτῷ*, ad Dionys. H. 2, 1187. 3, 1319. Ἔσφαλε, Brunck. Apoll. Rh. 137. Ἐσφαλκέναι, Toup. Opusc. 1, 14. Ἔσφαλται, Jacobs. Anth. 7, 235. Ἐσφάλθαι, ad Herod. 449." Schæf. Mss. Σφαλῆναι *τῆς ἀληθείας*, Plato de Rep. 5. p. 451. Euthyd. 296. Μήτε *ἡμᾶς σφαλεῖ τὸ ἀεὶ τοῦτο*. * Ἐσφαλμένως, Schol. Thuc. 1, 140. " Orig. c. Cels. 1. p. 19." Seager. Mss.]

Σφάλμα, *τὸ*, Lapsus, Casus, i. q. *πταῖσμα*. Item in sermone *σφάλμα* est, cum lingua labitur, s. titubat et errat, Plut. Alex. (27.) Ἀσμένῳ *δὲ τῷ* Ἀλεξάνδρῳ *τὸ σφάλμα τῆς φωνῆς γενέσθαι, καὶ διαδοθῆναι λόγον ὡς παῖδα Διὸς αὐτὸν τοῦ θεοῦ προσειπόντος*. Vocat autem *σφάλμα φωνῆς*, quod vates ille Apollinisque Ammonii sacerdos Græce volens Alexandrum salutare et *μετὰ φιλοφροσύνης τινὸς* dicere *ὦ παιδίον*, barbare *ν* in *σ* converso dixerat, *ὦ παιδίος*. Sed et in quibusvis actionibus *σφάλμα* dicitur Error, Lapsus. Philo V. M. 1. Ἥσθη *ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν πορείαν σφάλματι*, Itineris errore magnopere est lætatus, Lucian. (1, 737.) Χάριν *δὲ ὁμολογῶ τοῖς θεοῖς ὅτι μοι τὸ σφάλμα ἐς ἄλλο αἰσιώτερον περιετράπη, καὶ εἰς τὸ ἄμεινον παρώλισθον*, Lapsus errorque meus. Alicubi exp. non tam Lapsus, Erratum, quam Peccatum, Delictum, Offensa, Plut. S. N. V., Τὰ *τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐγγόνους τρέπονται*. Rursum *σφάλμα* in re aliqua gerenda admittitur, item significans Erratum, Peccatum, Delictum, Xen. K. Π. 8, (5, 4.) Ὅσῳ *τε ὀξύτεροι οἱ καιροὶ τῶν εἰς τὰ πολεμικὰ, καὶ μείζω τὰ σφάλματα ἀπὸ τῶν ὑστεριζόντων ἐν αὐτοῖς*, Et graviora peccata oriuntur, s. graviores offensiones. Interdum opp.

τῷ κατορθώματι, itidem in re gesta, et signif. Infortunium, Infelix successus, Clades, Thuc. 8, (32.) p. 273. Οὔτε Κορίνθιοι καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ἀπρόθυμοι ἦσαν διὰ τὸ πρότερον σφάλμα. Itidem supra habuimus σφαλέντα pro σφάλματα, Res infeliciter gestæ, Quæ non feliciter successerunt: et σφαλεὶς de Homine clade affecto, s. qui calamitatem accepit. [LXX. Prov. 29, 26. Ἀσέβεια ἀνδρὶ δίδωσι σφάλμα, Impietas hominem multis malis implicat. * "Ἀμπλακάσφαλμα, Erratum, Montf. Palæogr. 68. 325." Kall. Mss.]

[* Σφαλμὸς, Infortunium, Aqu. Ps. 120, 3.]

Σφαλμέω, i. q. σφάλλομαι, Labor, Collabor, Concido, Suid. e Polyb. (35, 5, 2.) Ὁ δὲ ἵππος ὁ τοῦ Σκιπίωνος ἐδυσχρήστησε μὲν ἀπὸ τῆς πληγῆς, οὐ μὴν ὁλοσχερῶς ἐσφάλμησε· διόπερ ὀρθὸς ἀπέπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Σκιπίων. UNDE Ἀποσφαλμέω, i. q. simplex σφαλμέω, sicut ἀποσφάλλομαι i. q. σφάλλομαι. Polyb. ap. Suid. Ὁ δὲ ἵππος ἀπὸ τῆς πληγῆς ἀποσφαλμήσας, ἐφέρετο ῥύδην διὰ τοῦ μεταξὺ τόπου τοῦ στρατοπέδου, ubi Suid. ἀποπηδήσας, ἀποσκιρτήσας, Resiliens: item σφαλεὶς s. ἀποσφαλεὶς, ὀλισθήσας, παρατραπεὶς: quæ posterior exp. non minus est probabilis; nam solent equi, cum cespitant, aut offendunt, s. impingunt pedem in aliquod obstaculum, et labuntur, subito sese a lapsu erigentes cursu ferri: quoniam ab equite calcaribus instructo solent castigari, cum eis id accidit. [* Σφαλμάω, Hesychio σκιρτάω, σφάλλομαι, σφαδάζω, μετὰ ἐπιθυμίας τὶ πράττω.]

[* Σφάλτης, ὁ, Supplantator, Lycophr. 207. * Ὀρκοσφάλτης, Tzetz. Hom. 69. * Σφαλτὸς, unde * Ἄσφαλτος, adj., vide p. 2389. "I. q. ἀσφαλὴς, Eust. in Dionys. P. 742. * Ἀσφάλτως, Sine lapsu, Eust. Il. 602, 45." Wakef. Mss. "Wolf. ad Hesiod. p. 97." Schæf. Mss.] "Δύσφαλτον, Labefactu et subversu "difficile, τὸ δυσχερῶς σφαλλόμενον: Hesychio δύσ-" μαχον." [* "Ὁλοσφάλτος, Jacobs. Anth. 6, 182. 8, 164. Callim. 1. p. 566.]

Σφαλερὸς, Qui lapsat inter eundum, Qui titubat et vacillat fallente vestigio: veluti ii qui ebrii sunt, aut qui per viam lubricam incedunt. Nicander Ἀ. (189.) Ἴχνεσι δὲ σφαλεροί τε καὶ ἐμπάζοντες ἀγυιαῖς, i. e. σφαλλόμενοι: 400. de Pharico veneno, Ἤνυσε καὶ σφαλεροὺς, ὁτὲ δ' ἄφρονας, Potum efficit ut titubent et lapsent, s. Efficit ut lapsantem gressum firmare nequeant. Diosc. 6, 19. Pharicum potum scribit ἐπιφέρειν παράλυσιν μετὰ παρακοπῆς καὶ σπασμοῦ, Afferre resolutionem nervorum cum convulsione et delirio. Schol. vero Nicandri σφαλεροὺς in illo l. exp. τρομεροὺς, Tremulos et trepidos. Cum vero de re aliqua dicitur σφαλερὸν, signif. potius Lubricum, Instabile, Infidum, Fallax, Quo niti tuto non possis: oppositum habens ἀσφαλές. Soph. Aj. (159.) p. 10. Καίτοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς, Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται, Lubricum et parum tutum præsidium ac munimentum. Schol. ibi σφαλερὸν ῥῦμα exp. ἀσθενὴς φυλακή: expositione ea sumta ex antecedente; nam consequens τῶν ἀσθενῶν est τὸ σφαλερὸν, ut lubrica sint et minime tuta, ac spem nostram fallant. Dem. (150.) Τὸν μὲν τῶν ἰδιωτῶν βίον, ἀσφαλῆ καὶ ἀπράγμονα καὶ ἀκίνδυνον ὄντα· τὸν δὲ τῶν πολιτευομένων, φιλαίτιον καὶ σφαλερόν. Ubi nota inter se opponi σφαλερὸς et ἀσφαλὴς s. ἀκίνδυνος: quamobrem exp. etiam Periculosus. Magis proprie de gressu dicitur, Epigr. Ἄχρις ἐπὶ σφαλεροῦ ζωροπότει γόνατος, Usque ad genu titubans et succiduum; nam titubare solent, qui mera vina bibunt: contra ap. Athen. 4. ὁ οἶνος dicitur ὀρθὸς εἶναι τῷ ὄντι καὶ οὐ σφαλερὸς, ὅταν συμμέτρως καὶ κεκραμένος πίνηται, Nequaquam efficere ut titubent lapsentque, qui moderate ipsum et temperatum biberint. Et Luc. (1, 552.) Σφαλερὸν βαδίζει καὶ παράφορον. || Σφαλερὸς exp. etiam Periculosus, Perniciosus, Noxius. [" Toup. Opusc. 1, 161. 429. Emendd. 1, 244. 4, 450. Wakef. Eum. 377. Abresch. Æsch. 2, 53. Jacobs. Anth. 7, 97. Lobeck. Aj. p. 240." Schæf. Mss. Nicander Ἀ. 33.] Σφαλερόνηκτος, ὁ, ἡ, In quo natare est σφαλερὸν, In quo non tuto natatur, sed periculose, Fluvii epith., quo et magnitudo s. latitudo et profunditas innuitur, [J. Poll. 3, 103.] Σφαλερῶς, Lubrice, Parum tuto, Dubie, Isocr. Areop. Ὥσπερ τῆς πόλεως ἐν κινδύνοις οὔσης καὶ σφ. αὐτῇ τῶν πραγμάτων καθεστηκότων, [Dionys. H. de C. VV. 212, 19. * "Ἀσφαλέρως, Clem. Alex. Q. D. S. 970., sed forte leg. σφαλερῶς." Routh. Mss.]

Ἀκροσφαλὴς, Proclivis ad lapsum: ἴχνος ἀκροσφαλὲς, ap. Nicandri Ἀ. (242.) i. e., ἄκρως σφαλερὸν, inquit Schol. Ἀκροσφαλεῖς exp. a Suid. οἱ ἐν τῷ βαδίζειν σφαλλόμενοι, Qui inter eundum labuntur. || Metaph. frequentius usurpatur, ut Lat. Lubricus pro Periculosus. Quin etiam ipsa persona dicitur nonnunquam ἀκροσφαλὴς, Cui periculum imminet a re aliqua: q. d. Qui statim in hanc vel in illam partem labitur, Plut. (6, 252.) Ἀκροσφαλὴς πρὸς ὀργὴν, Qui statim in iram labitur, Proclivis ad iram, Iracundus. Idem in Dione, non procul a principio, ἀκροσφαλεῖς et εὐάλωτοι copulavit, eadem, qua et in præcedente loco, utens constr. Καὶ πρὸς οὐδὲν ἀκροσφαλεῖς οὐδ' εὐάλωτοι πάθος. Fit autem ἀκροσφαλὴς ex ἄκρον et σφάλλομαι: quasi qui τὸ σφάλλεσθαι, i. e. ipsum casum, habeat ἄκρον, i. e. in summa parte positum, h. e. promtum et paratum. Ita enim malo hujus vocis etymon exponere, quam cum Schol. Nicandri dicere, ἄκρως σφαλερός. || Ἀκροσφαλὴς, ap. Plut., inquit Bud., Qui cito labitur et peccat. Apud Plat. Qui cito periclitatur morbo. [" Plut. de S. N. V. p. 75. T. H. ad Lucian. Dial. p. 61." Schæf. Mss. * Ἀκροσφαλῶς ἔχω, Ad lapsum proclivis sum, Plut. 8, 717. Phot. Bibl. 524. * "Ἀκροσφαλίζω, Cratinus Bekkeri p. 367." Boiss. Mss.]

"Ἀρισφαλὴς, Valde lubricus, In quo valde facilis " est lapsus: ἀρισφαλέα οὐδὸν," [Od. P. 196.]

Ἀσφαλὴς, Minime lubricus, ὁ οὐ σφαλερός: et e consequente Tutus, s. περὶ ὃν vel ἐν ᾧ οὐ σφάλλεσθαί ἐστι: ὁδὸς, Via minime lubrica, in qua non lapsatur, quam quis citra lapsus periculum insistere potest. Metaph. Dem. (31.) Τὴν τοῦ τὰ βέλτιστα λέγειν ὁδὸν παράσχοιτε ἀσφαλῆ. Itidem ἀσφαλὴς τόπος, Locus tutus, In quo nemo σφάλλεται, metuit ne in periculum incidat. In Epist. Philippi ap. Dem. Τὸν τόπον τοῖς πλέουσιν ἀσφαλῆ παρέχοντος. Itidem ap. Herodian. 4, (2, 15.) ἀσφαλεῖς διαγωγαὶ, Tutæ stationes, s. Loca in quibus aliquis tuto potest διάγειν. Huc pertinet ἐν ἀσφαλεῖ, pro ἐν ἀσφαλεῖ τόπῳ, s. διαγωγῇ, In loco tuto. Xen. K. Π. 7, (1, 11.) Πολὺ γὰρ ἐν ἀσφαλεστέρῳ ἔσεσθε ἔξω γενόμενοι, ἢ ἔνδον ἀπολαμβανόμενοι: Ἑλλ. 2, (3, 17.) p. 272. Αὐτὸς μὲν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῇ, ἡμεῖς δὲ δίκην δῶμεν τῶν πεπραγμένων: K. Π. 2, (4, 9.) dicit etiam, Ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι τοῦ μὴ αὐτὸς ὑποχείριος γενέσθαι: 3, (3, 17.) Ἐν ἀσφαλεῖ εἰσὶ τοῦ μὴ παθεῖν, Tuti sunt ab omni periculo, nec metuunt ut sibi adversi quid accidat. Item, Ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνοντες, In tuto stantes, sc. loco; nam subauditur τόπου, (ut Lat. interdum In tuto, pro In tuto loco, et In tutum, pro In tutum locum,) ut in hoc loco Herodiani 3, (4, 11.) Ὡς ἐπ' ἀσφαλοῦς τοῦ τόπου τὰ γενόμενα θεάσοιντο, Quasi e loco tuto prælium spectaturi essent. Sic 1, (15, 5.) Ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀσφαλοῦς ἀκοντίζων, Superne ac de loco tuto tela jaciens. Itidem paulo ante, Ἐξ ἀσφαλοῦς βάλλοντος αὐτούς. Item ἀσφαλῆ πράγματα dicuntur Res quæ sunt loco tuto: Xen. Ἑλλ. 2, (4, 5.) Οὐκ ἔτι νομίζοντες ἀσφαλῆ σφίσι τὰ πράγματα. Itidem et ἀσφαλὲς κτῆμα, Quod tutum est ab injuria furum, aut fortunæ, Athen. 3. Ὅστις ἄνθρωπος ἀσφαλές τι κτῆμα ὑπάρχειν τῷ βίῳ λογίζεται, πλεῖστον ἡμάρτηκεν. Item ἀσφαλὴς πόλεμος ap. Dem. Bellum non periculosum. At e Plat. de LL. ἀσφαλὲς πεῖσμα pro Firmissimus rudens. Interdum vero ἀσφαλὴς dicitur Qui non potest σφάλλεσθαι, i. e. Everti et dejici, Tam firmus et stabilis ut subverti nequeat, Plut. Pericle, Τὸν μὲν τόπον ἐν ᾧ τοὺς θεοὺς κατοικεῖν λέγουσιν, ἀσφαλὲς ἕδος καὶ ἀσάλευτον λέγοντες. Homo etiam aliquis ἀσφαλὴς dicitur, Qui sc. nullis fortunæ casibus potest σφάλλεσθαι, Tutus adversus fortunæ incursus, s. insidias, Cujus tutum esse solet consilium, Ea prudentia præditus, ut nonnisi tute cauteque res gerat, adeo ut in eo situm sit fidum præsidium. Apud Plut. Pericle, Φοβερὸς μὲν τοῖς πολεμίοις, ἀσφαλὴς δὲ καὶ δραστήριος τοῖς πολίταις, Terrori erat hostibus, civibus autem loco fidi præsidii. Idem de Fabio Maximo, Τὸ καθ' αὐτὸν ἀσφαλὴς ὢν καὶ ἀναμάρτητος. Aliquanto post, Ἀσφαλὴς διαγενέσθαι καὶ ἄπταιστος. Et Thuc. 1, (69.) Ἐλέ-

γεσθε ἀσφαλεῖς εἶναι, Ferebamini cauti ac circumspecti esse, ita ut falli et labefactari non possetis. A Aliquanto ante, (39.) Οὓς χρῆν, ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσιέναι, Cum res eorum bono loco essent et maxime tuto. Idem 6, (23.) p. 205. dicit etiam, Τῇ παρασκευῇ ἀσφαλὴς, pro θαῤῥῶν, Fidens et tutum me esse credens apparatu. Item τὸ ἀσφαλὲς dicitur pro ἡ ἀσφάλεια, Securitas, Lucian. (2, 900.) Πρὸς τὸ ἀσφαλέστατον περιπεφραγμένος, Ita ut summam securitatem afferret. Huc referri potest, quod Thuc. 3, (22.) dixit, Διαφύγοιεν καὶ τοῦ ἀσφαλοῦς ἀντιλάβοιντο, (nisi et hic malis subaudire τόπου,) Effugerent et tuta tenerent: 6, (55.) p. 215. Πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς κατεκράτησε. Similiter ap. Eund. (1, 137.) Ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, In tuto, Ubi periculum non est. [" Toup. ad Longin. 319. Wakef. Eum. 654. Villoison. ad Long. p. 119. Conf. c. ἀφελὴς, ad Lucian. 1, 465.: cum ἀσαφὴς, 464. Τὸ ἀ., Dionys. H. 1, 261. 2, 1159. 4, 2109. Ἐν ἀσφαλεῖ, Valck. Phœn. p. 431. Hipp. p. 247. Diatr. 82. ad Herod. 275. Jacobs. Exerc. 1, 196." Schæf. Mss. Ἀσφαλὲς, adv., B Pind. Π. 2, 38.]

Ἀσφαλέως, Tuto, Secure, Sine periculo, Hesiod. Et Epigr. 2. Ἀσφαλέως οἴκησον ἐν ἄστει, Incole urbem securitatis causa, Mane in urbe ut tutus et securus sis; etiam, Ut vites periculum: nam si exeas, periculum est ne te grus aliqua rostro suo impetat, pygmæorum, quorum et tu unus es, sanguine gaudens. In propria signif. usurpavit Hom. pro Firmiter, Constanter, Ita ut labefactari et everti nequeat, Il. P. (436.) Ὣς μένον ἀσφαλέως, sc. ut aliqua στήλη μένει ἔμπεδος. Sic Od. P. (235.) οὐδέ μιν ἐκτὸς ἀταρπιτοῦ ἐστυφέλιξεν, Ἀλλ' ἔμεν' ἀσφαλέως. Ubi μένειν ἔμπεδον et μένειν ἀσφαλέως synonymως usurpantur: sicut ἔμπεδος et ἀσφαλὴς eand. habent signif. [" Toup. ad Longin. 319. Heyn. ad Hesiod. 146. Hom. 4, 494. 6, 396. Valck. Diatr. 253. Jacobs. Anth. 6, 159. 7, 45. Certo, Haud dubie, Posidipp. 12." Schæf. Mss. Il. N. 141. Θ. 171. Herod. 1, 86. Ὡς οὐδὲν εἴη τῶν ἐν ἀνθρώποισι ἀφαλέως ἔχον.] Prosæ Scriptores facta contr. DICUNT Ἀσφαλῶς, itidem pro Firmiter, C Tuto, Herodian. 4, (15, 3.) Εὐτάκτως καὶ ἀ. συστήσαντες τὰς φάλαγγας, Acie instructa et firmatis ordinibus, ita ut tuto pugnare liceret: (3, 1, 16.) Οὕτως ἐξήρτυε τὰ καθ' ἑαυτὸν, προμηθέστατα καὶ ἀσφαλέστατα, ὡς ᾤετο, Prudentissimo tutissimoque consilio, ut ipse putabat. Aliquanto ante, Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰ πρὸς τὸν Ἀλβῖνον διὰ σοφίας ἀσφαλῶς εἶχεν, Ita firmarat ut tuta esse viderentur. Xen. dicit etiam, (Ἀπ. 1, 3, 14.) Ἀ. ἔχουσι πρὸς τὰ ἀφροδίσια, pro Tuti sunt a venere. Affertur et ἀ. τηρεῖν pro Diligenter custodire et exacta custodia, Ita ut custodum oculos nemo fallat. Exp. etiam Certo, Haud dubie: Ἀ. γινωσκέτω, Certo sciat. Sic Thuc. 1, (37.) Ἵνα τὴν ἀφ' ἡμῶν ἀξίωσιν ἀσφαλέστερον προειδῆτε, Ut nostram postulationem certius et exploratius perspiciatis. [" Ad Charit. 653. Wakef. S. Cr. 5, 62." Schæf. Mss.]

Ἀσφάλεια, ἡ, opp. τῷ κίνδυνος, Periculum. Alicubi redditur Securitas: (possumus quidem certe ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι interpretari In tuto esse: cum hic Tuto substantive ponatur:) ut Dem. (295.) Ἀσφάλειαν ἄδοξον μᾶλλον ἢ τὸν ὑπὲρ τῶν καλῶν κίνδυνον ᾑρημένη. D Sic et Isocr. Symm. (9.) Μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας τὴν πόλιν οἰκήσομεν, ἀπαλλαγέντες πολέμων καὶ κινδύνων. Ibid. opponuntur itidem inter se, ἐν ταῖς ἀσφαλείαις et ἐν τοῖς κινδύνοις, In tranquillo rerum statu, Cum omnia tuta sunt. Apud Thuc. ἐν ἀσφαλείᾳ εἰμὶ, pro eo quod Xen. dicit, ἐν ἀσφαλεῖ καθίσταμαι, Sum in tuto, Tutus sum et securus periculi. Idem dicit μετ' ἀσφαλείας itidem pro Tuto: cui opp. μετὰ δέους, Sic Secure et Non sine metu sibi opponuntur. Idem, Ἀσφαλείας ἕνεκα, quod Plut. dicit πρὸς ἀσφάλειαν: in propria signif. pro Ut tuti sint a lapsu, Sine casus periculo, 3, (22.) Τὸν ἀριστερὸν μόνον πόδα ὑποδεδεμένοι, ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς πρὸς πηλὸν, Ut in lubrico luto firmiora ponerent vestigia, et lapsantem gressum firmarent, Stat. Idem dicit etiam τῇ ἀσφαλείᾳ ξυμφέρειν, (2, 44.) quod alii ἀσφάλειαν παρέχειν et ποιεῖν, (sicut Lat. Securitatem afferre et parere): ut Xen. K. Π. 4, (5, 12.) Ὅσῳ πλέον σου ἀπέχομεν, τοσούτῳ πλειονά σοι τὴν ἀσφάλειαν ποιεῖν νομίζομεν: 7, (4, 3.) p. 110. Ἢν δὲ εἰρήνην ὑμῖν ποιήσω, καὶ ἀσφάλειαν ἐργάζεσθαι ἀμφοτέροις τὴν γῆν, Quod si pacem vobis fecero, et effecero ut utrique secure ac tuto agros vestros colere queatis. Ubi etiam nota infin. genitivi loco positum. Sæpe enim cum gen. construitur: ut ap. Herodian. 3, (12, 16.) Θώρακα ἀμφιέννυται τῆς τοῦ σώματος ἀσφαλείας χάριν, Tuendi corporis causa: (9, 4.) Ὁμήρους εἰς ἀσφάλειαν πίστεως ἐξέδωκεν, Ad auctorandam et confirmandam fidem datam. Rursum cum infin., genitivi vice posito, Thuc. 2, (11.) Εἰ δοκεῖ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης, Si videamur securi et tuti esse ab adversariorum incursu, q. d. Si videatur magna esse securitas, adversarios non descensuros nobiscum in certamen. Item aliquis dicitur alicui ὀφείλειν ἀσφαλείας χάριν, qui sc. ipsius beneficio securitatem accepit. Plut. in Cicerone, Ἀσφαλείας δὲ καὶ σωτηρίας χάριν τὸν δῆμον ὀφείλειν ἑνὶ μόνῳ Κικέρωνι, Unius Ciceronis beneficio, populo securitatem et salutem partam fuisse. In contractibus et fide data ἀσφάλεια dicitur cautio, aut pignora et sponsores. Unde ἀσφάλειαν διδόναι, Cautionem dare, Dare idoneos sponsores. Sic ἀσφάλειαν ποιοῦμαι dixit Theoph. Inst. Civ. 2. pro Satisdo: quod et ἀσφάλειαν παρέχω. Quo refer quod Plut. Alcib. (24.) dicit, Τισαφέρνῃ τῷ βασιλέως σατράπῃ δοὺς ἑαυτὸν ὑπὲρ ἀσφαλείας, Ad fidem ei faciendam, Ut securum eum redderet. Item ἀσφάλεια dicitur Secura et libera potestas huc illuc commeandi: quod a Sallustio et Liv. dicitur Fides publica: vulgo Salvus conductus. Plut. Alcib. (31.) Φαρνάβαζον δὲ πρέσβεσιν Ἀθηναίων πρὸς βασιλέα πομπὴν μετ' ἀσφαλείας παρασχεῖν. Et mox, Εὐπορίαν τῆς ἀνόδου μετὰ ἀσφαλείας μάλιστα Φαρνάβαζον παρέξειν. Et in Pericle, Ἀτέλειαν ὁ δῆμος ἔδωκε, καὶ προσέταξε τοῖς στρατηγοῖς ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀσφαλείας τοῦ ἀνθρώπου. Item, ἀσφάλειαν κηρύττειν, Fidem publicam præconio promittere, In fidem præconio s. edicto recipere: ut ἄδειαν ψηφίσασθαι, Plebiscito potestatem facere, impunitate promissa. Id autem legatis, proscriptis aut exulibus concedi solet. Ἀσφάλεια alicubi signif. potius Firmum præsidium, ἀσφαλὲς ἔρυσμα. Greg. Naz. in Macc. Enc. Μία δὲ ἀσφάλεια, τῆς ἐντολῆς ἡ τήρησις, Unicum præsidium, quo secure et tuto niti queamus, est legis observatio. Itidem Cic. ap. Epicurum, Ἀσφάλειαν φιλίας μάλιστα συντελουμένην, interpr. Amicitiæ præsidium firmissimum. Ex Hermog. autem affertur ἀσφάλεια ὀρῶν pro Munitio montium. [" Toup. ad Longin. 319. ad Herod. 295. Wakef. S. Cr. 5, 62. ad Diod. S. 2, 224. 412. Conf. c. ἀσάφεια, ad Lucian. 1, 465. Ἡ ἀπό τινος ἀ., Diod. S. 2, 472." Schæf. Mss. Lucas 1, 4. " Act. Apost. 5, 23. Ἐν πάσῃ ἀ. Lat. Interpres reddidit, Cum omni diligentia; Beza, Quam tutissime: reddi potest, Omnibus seris clausum carcerem invenimus. Seræ enim dicebantur in communi sermone ἀσφάλειαι. Hesychio sic redduntur κλεῖθρα: et ap. J. Poll. 1, 77. quo recensentur Claustra et Seræ, titulus præfigitur αἱ ἀσφάλειαι." Valck. Schol. in N. T. 1, 399. " Ἀσφάλεια τῆς γνώμης, dicitur Ea indoles vel ratio sententiæ, quæ non est contraria alicui, neque adeo periculum dicenti affert, Dionys. Art. Rhet. 11, 9. p. 410. cf. Ἀσφαλίζομαι." Ernesti Lex. Rhet. * " Ἀσφαλία, Wessel. ad Herod. 295. Ἀσφαλίη, Idem Diss. Herod. p. 141." Schæf. Mss.]

[* Ἀσφαλείζω, contracte Ἀσφαλίζω, Valck. Schol. in N. T. 2, 198.]

Ἀσφαλίζω, Firmo, Stabilio: proprie de iis qui lapsant, in lubrico aliquo aut infido loco pedem firmare s. figere non valentes. Pass. quoque et media vox itidem active signif. Firmo, Stabilio. Item Confirmo, Affirmo, Pro certo assero, Asseverando et affirmando ita esse contendo: qua signif. dicitur et βεβαιοῦμαι, πιστοῦμαι, διϊσχυρίζομαι. Chrys. in Ep. ad Cor. Ἀκουσουν γοῦν, ὅταν τι τοιοῦτον λέγῃ, πῶς ἐστὶ σφοδρῶς καὶ ἐπιτιμῶν καὶ ἀσφαλιζόμενος. Quibus subjungit, Ἀσφαλιζόμενος μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ, Κἂν ἄγγελος εὐαγγελίζηται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Hinc ἠσφαλισμένον, Affirmatum, Asseverando

ΣΦΙΓΓΩ, *ξω*, Stringo, Constringo, ut qui fasciculum virgultorum aut arundinum colligans vimine constringit, ut e laxo coëat in strictum, s. arctum. Theocr. 10, (44.) quod 'Ἐργατίναι inscribitur, *Σφίγγετ', ἀμαλλοδέται, τὰ δράγματα*, Constringite manipulos demessos, vos qui eos colligatis. Et pass. voce ac signif. Plut. de Pr. Frig. *Συνάγεται τῷ ἀέρι σφιγγόμενος ὑπὸ ψυχρότητος*, Aëris frigore constrictus cogitur, Philo de Mundo, *Συνάγων πάντα τὰ μέρη καὶ σφίγγων*, Coagmentans omnes mundi partes et astringens, Philo V. M. 3. *Ὅλον δ' ἀλυσιδίοις χρυσοῖς ἀνήρτητο πρὸς τὴν ἐπωμίδα, σφιγγόμενον ἐξ αὐτῆς ὑπὲρ τοῦ μὴ χαλᾶσθαι*, Catellis aureis ad amiculum annexum vinciebatur, Turn. || Exp. etiam Complector, Arceo, Cogo. [" Wakef. S. Cr. 3, 139. Jacobs. Anth. 6, 77. 110. 8, 377. 9, 121. 10, 242. 11, 55. Anim. 314." Schæf. Mss. Musæus 242. Theocr. 7, 17. Hero Automat. 2. " *Σφίγξαι περιόδους*, Demetr. §. 244. dicit, ut Cic. Vincire sententias, h. e. Ita jungere, ut e pluribus veluti una fiat, artificio periodico, quo plures sententiæ una periodo comprehenduntur ita, ut suspensa sit ab initio usque ad finem oratio, adeoque e pluribus enuntiationibus una fiat et universa. De hac re plura disputavit Ernesti Clav. Cic. v. Vincire. Simili metaph. Comprehensione devincire verba, dixit Cic. Brut. 37. Hanc igitur formam Demetr. *περιαγωγὴν* vocat; de qua voce alibi copiosius exposuimus. Eodem modo Dionys. de Vi Dic. Dem. 19. p. 1010. *τὸ σφίγξαι* et *στρογγυλώτερον ποιῆσαι* junxit, opposuitque *τοῖς κεκολπωμένοις*. Sic et Aristid. *περὶ 'Αφ. Λόγου* 672. *λόγος ἐμπεριλαμβάνων τὰ νοήματα στρογγύλος γίνεται καὶ σκληρὸς, καὶ κατεσφιγμένος*. Gregorius ad Hermog. c. 11. *ἑρμηνείαν διῃρημένην*, h. e. Elocutionem per asyndeta factam, descripturus ait: *Τὰ κῶλα οὐ συνέχεται, οὐδὲ συσφίγγεται*, Membra orationis non coëunt, non juncta sunt, sed veluti incisa et a se invicem disjuncta. Vide *Κύκλος*." Ernesti Lex. Rhet. * *'Εσφιγμένως*, Gl. Strictim. * " *Σφιγμα*, Theodos. Diacon. Expugn. Cretæ Acr. 3, 177." Boiss. Mss. * *Σφιγμὸς*, Mathem. vett. p. 25. * " *Σφίγξις*, Schol. Apoll. Rh. Novus 1, 264. Ed. Schæf." Boiss. Mss. " Greg. Naz. Carm. p. 23." Kall. Mss. Ælian. H. A. 8, 18. * *Σφίγξις*, Gl. Strictura: * *Σφιγκτός*· Strictosus. " Ad Lucian. 1, 500. Epigr. adesp. 114. Jacobs. Anth. 6, 77. 7, 60. 332. 9, 289. Anim. 314." Schæf. Mss. Eust. ad Dionys. II. 369. Opp. 'A. 3, 590. Paul. Æg. 6, 99. *σφιγκτότεροι ἐπίδεσμοι*. * *Σφιγκτῶς*, Eust. Od. A. p. 66, 21.] " *Ἄσφιγκτος*, Non " constrictus, Qui stringi aut constringi nequit." *Σφιγκτὴρ, ῆρος, ὁ*, Qui stringit, constringit, astringit. Medicis *σφιγκτὴρ* dicitur Musculus ani rotundus, ultimam intestini recti oram ambiens, et astringens rectum intestinum, ne intempestive excrementa effluant. Habet autem substantiam inter cutem et musculum mediam: cujusmodi est labiorum pars ultima, ut Gorr. tradit: vide et *Ἕδρα*. J. Poll. pro Ipso podice s. ano accipit: 2. *Ὁ δὲ δακτύλιος, ἐντέρου μὲν τέλος, ὁδὸς δὲ τῶν ἐκ κοιλίας περιττῶν· οὗτος καὶ μὲν ἰδεῖν, μεμυκὼς, ἐπὶ δὲ πλεῖστον ἀνοιγόμενος· ὃν οἱ μὲν σφιγκτῆρα, οἱ δὲ στεφάνην καλοῦσι*. Ubi nota *μεμυκότα* dici, quoniam ejectis excrementis *μύει* s. *σφίγγεται*, Clauditur s. Contrahitur et constringitur: at excrementis exeuntibus *ἀνοίγεται* et hiat: *στεφάνην* autem nominari a circulari rotunditate, qua coronam imitatur. || Tarentinorum dialecto *σφιγκτὴρ* vocatur *ὁ χιτὼν*, Hes.: forsan quoniam eorum *χιτῶνες* fibulis solebant *σφίγγεσθαι*. [" Toup. Opusc. 2, 195. Antip. Sid. 21. Jacobs. Anth. 10, 55. 11, 353." Schæf. Mss. " Adj., Nonn. D. 16, 391. (*δεσμῷ*.)"
A Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Spinther s. Spinter Plauto est i. q. Fibula, Men. 3, 3, 4. * *Σφίγκτωρ*, Anal. 2, 237.]

[* " *'Ανασφίγγω*, Nonn. D. 42, 51." Kall. Mss. " Ruhnk. Ep. Cr. 147." Schæf. Mss. * *'Αντισφίγγω*, Pisid. p. 394. 396=106. 223.] *'Αποσφίγγω*, itidem Stringo, Astringo, Constringo, Comprimo, Coarcto. Proprie, Ita stringo ut attraham, Alicunde abstractum stringo: nisi vacet præp. E Luciano (2, 931.) *Οἵ μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε*, Quibus maxillas meas compressistis: [3, 9. " Jacobs. Anth. 9, 509. * *'Απόσφιγξις*, ibid." Schæf. Mss. Hippocr. 744. 759. 831. * " *'Εναποσφίγγω*, Athan. Append. 95." Kall. Mss.] *Διασφίγγω* exp. Perstringo: qua signif. dicitur Vitem perstringere pro Valde stringere, Non.: item Cohibeo, Colligo. Pro Valde stringo, s. Strictissime circumligo, usus est Erasistr., ubi dicit Scythas solere, *Ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζωνται ἀσιτεῖν, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν*. Quæ verba Gell. citans, sic interpr. Cum sit usus ut
B famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissime circumligare. [" Huschk. Anal. 267." Schæf. Mss. Aret. p. 2. * *Διάσφιγξις*, 96. * *'Εκσφίγγω*, unde * " *Συνεκσφίγγω*, Nicet. Eugen. 1, 72." Boiss. Mss.] " *'Επισφίγγω*, Insuper astringo, s. constringo," [Eust. 995, 28. " Athen. 543. de Parrhasii pictoris luxu, qui lora crepidarum aureis fibulis astringebat." Schw. Mss. Ælian. V. H. 9, 36. " Thom. M. 627. Wakef. S. Cr. 4, 6." Schæf. Mss. * *Προσεπισφίγγω*, Greg. Naz. Murator. Anecd. 201. * *Κατασφίγγω*, Gl. Destringo. Constringo, Constipo, Plut. 10, 91. Joseph. A. J. 3, 7, 2. " Clem. Alex. 203." Kall. Mss. " Germanus in Dormit. B. Mar. p. 113." Boiss. Mss. Vide et *Σφίγγω*. * *Κατάσφιγκτος*, Theod. Prodr. 169.]

Παρασφίγγω, Astringo, s. Adductum ad me stringo, et arcte complector atque agglutino mihi. Alex. Aphr. Probl. *Ἡ φύσις παρασφίγγει εἰς αὐτὴν τὸ ὑγιές*, Ad se astringit quod sanum est, Ad se adductum id quod sanum est, arcte stringit
C et sibi applicat. *Περισφίγγω*, Circumcirca stringo. Alii simpliciter interpr. Constringo, Coërceo, Complector. Diosc. præf. l. 8. *Περιειλοῦσιν τὸ σφήκωμα ἅπαξ ἢ δὶς περὶ τὸν πῆχυν ἢ τὴν κνήμην, μικρὸν ἐπάνω τοῦ δήγματος, καὶ περισφίγγουσι δύο παρεστῶτες ἰσχυρῶς, καὶ ἐντέμνοντες τὸν τόπον διὰ τῆς περιθέσεως τοῦ βρόχου, ἐπιχέουσι καὶ πίσσαν*, Arctissime distringunt, Ruell. Ubi nota *περισφίγγειν* esse *σφίγγειν περιτεθέντι βρόχῳ*, Circumposito laqueo stringere. [" Nicet. Eugen. in Notit. Mss. T. 6. p. 230." Boiss. Mss. " Ruhnk. Ep. Cr. 297. ad Diod. S. 1, 199." Schæf. Mss. Symm. Cant. 8, 8. Hippocr. de Nat. Oss. 278. Achill. Tat. 156. *Κύκλῳ περισφίγξας τὴν ἄγραν*. * " *Περίσφιγμα*, Anna C. 152." Elberling. Mss. * *Περίσφιγξις*, Stob. Phys. 1096. * *Συμπερισφίγγω*, Theod. Prodr. Amic. Exul. 63. * " *Προσφίγγω*, Clem. Alex. p. 6." Kall. Mss.] *Συσφίγγω*, Constringo, i. e. Ita stringo ut coëat, Stringendo cogo et contraho. Athen. 2. *Εἰ ἐπισχεῖν ἔδει τὴν αἱμοῤῥαγίαν, τὸ ψυχρὸν* (sc. *ὕδωρ*) *ἐπιτήδειον ἦν, συστρέφον καὶ*
D *συσφίγγον*, Contrahens et constringens vulnus hians. Contra autem *τὸ χλιαρὸν διαστέλλει*, Diducit et aperit meatus per quos sanguis exit. Atque ita *συστρέφω, συστέλλω*, et *συσφίγγω*, synonymως accepta, opp. *τῷ διαστέλλω*. Affertur et ex 3 Reg. 18, (46.) *Συνέσφιγξε τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ*, pro Accinxit lumbos suos. [Vide *Σφίγγω*. " Jacobs. Anth. 8, 377." Schæf. Mss. " Nemes. 41. Athen. 41." Wakef. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 76." Boiss. Mss. * " *Συνεσφιγμένως*, Anna C. 476." Elberling. Mss. * *Σύσφιγμα*, Constrictio, Symm. Exod. 28, 14. * *Σύσφιγξις*, 39. * " *Συσφιγκτὴρ*, Vestis constringens corpus, Ps. 44, 13. " Fibula, Chrys. in Ps. 44. T. 1. p. 646, 17. *Διὰ συσφιγκτήρων χρυσῶν ἠμφιεσμένη ποικίλα*." Seager. Mss. * *Συσφιγκτὸς*, Constrictus, Exod. 28, 4. * *Συσφιγκτὸν*, Uncinus, 28, 25. Sed de his vv. consulendum Schleusneri Lex. V. T.] *'Υποσφίγγω*, Substringo, Subtus stringo, Epigr. [" Nonn. D. 26, 261." Wakef. Mss]

Σφιγγία, ἡ, pro Parsimonia et sordibus victus poni

videtur Eccles. 11, (17.) Ἔστι πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ σφιγγίας αὐτοῦ. Ita Bud. Quam ejus interpr. sequendo, σφιγγία dicetur Cum quis non larga manu, sed stricta sumtus facit, et strictiore quam deceat.

[* " Σφιγγίον, Torques, ad Lucian. 1, 706." Schæf. Mss. Salmas. in Solin. p. 267.]

" Σφίκτης, Cinædus et mollis, Hes." [Leg. * Σφίγκτης, ut ap. Phot. e Cratino. Cf. Suid. v. Μεγαρικαὶ σφίγγες. Spintriæ iidem sunt qui Cinædi ap. Suet. Tib. 43.]

ΣΦΙΓΞ, ιγγὸς, ἡ, vocata παρὰ τὸ σφίγγειν, διὰ τὸ ἐσφιγμένα καὶ δυσνόητα λέγειν τὰ ῥήματα, ut annotatur in Lex. meo vet.: quod etymon non est dissentaneum: siquidem e Socrate tradit Schol. Eur. σφίγγα fuisse ἐγχωρίαν χρησμολόγον δύσγνωστα μαντευομένην, Vatem quandam ejus regionis, quæ responsa consulentibus redderet intellectu difficilia; ita enim implicabat et contorquebat verba sua, ut ab auditore cognosci ac intelligi non possent: unde et a Soph. Œd. T. (391.) p. 168. vocatur ἡ ῥαψῳδός: nam αἰνίγματα ἐρραψῴδει, s. ambages, Stat. Alii ita nominatam volunt, quod homines suis ænigmatis et verborum ambagibus ita stringeret vinciretque, ut expedire se non possent. Fertur autem fuisse πτερωτὴ, παρθένου πρόσωπον ἔχουσα, λέοντος δὲ τὸ πᾶν σῶμα, (i. e. τὸ στῆθος καὶ τοὺς πόδας,) * μιξοφυὴς οὖσα: unde ab Eur. vocatur οὔρειον τέρας, a monstrosa forma: et δάϊον τέρας, ac μιξοπάρθενος, et a Soph. Œd. T. (1198.) p. 199. γαμψώνυξ παρθένος χρησμῳδός. Rursum Eur. πτεροῦσσαν vocat pro πτερόεσσαν, dicens eam venisse in agrum Thebanum φοιτάσι πτεροῖς, χαλαῖσι τ' ὠμοσίτοις. Quæ et Auson. confirmat hoc gripho, Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. Lactantius Placidus ap. Stat. 2 Theb. scribit sphinga monstrum fuisse alas et ungues habens in similitudinem harpyiarum, quod insidens scopulo viæ imminenti, insolubilia ænigmata transeuntibus proponebat: quæ cum solvere non possent, ex improviso veniens, alis et unguibus ad se in rupem trahebat: unde non immerito ab Eur. Phœn. (1029.) vocatur πολύστονος et πολύφθορος, et ab Hesiodo Θ. (326.) σφὶγξ ὀλοή. Vide plura ap. eund. Hesiod. in eod. l., et ap. Athen. 10. nec non ap. Soph. Œd. T. et ap. Eur. Phœn. Per jocum vero ap. Athen. 13. (p. 558.) αἱ πόρναι dicuntur posse vocari σφίγγες, in loco quodam Anaxilæ, qui ibid. de meretrice loquens, ait, Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ χίμαιρα πυρπνόος, Ἢ χάρυβδις, ἢ τρίκρανος σκύλλα, ποντία κύων, Σφὶγξ, ὕδρα, λέαιν', ἔχιδνα, πτηνά θ' ἁρπυιῶν γένη; Similiter ap. Eund. 6. (p. 253.) Τήνδ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος Σφίγγα περιπατοῦσαν [περικρατοῦσαν] Αἰτωλίδ', ὅστις ἐπὶ πέτρας καθήμενος, Ὥσπερ ἡ παλαιὰ Τὰ σώματα ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει. Et Ceb. Theb. dicit τὴν ἀφροσύνην τοῖς ἀνθρώποις σφίγγα εἶναι. Rursum ap. Athen. 9. et 10. σφὶγξ vocatur Qui ænigmatice loquitur, s. ænigmaticis quæstionibus aliquem implicat. || Σφὶγξ inter Animalium quorundam monstrosorum genera refertur a Diod. S. et Plin., quos consule. [" Valck. Phœn. p. 305. Wolf. ad Hesiod. p. 97. ad Herod. 189. Jacobs. Anth. 9, 348. Kuster. Bibl. Chois. 63. Δυσξύνετα loquens homo, Valck. Phœn. p. 511. ad Herod. 189. ad Diod. S. 1, 308." Schæf. Mss. Palæph. Incredib. 7. * " Σφιγγοκαρύων, Placenta e nucibus, (Nomen Eubuleæ Fabulæ,) Athen. 553." Schleusn. Mss. * Σφιγγόπους, Pedes habens, ad sphingis speciem factos, Callixenus ap. Athen. 197. κλίνη.]

A Bœotis σφὶγξ DICITUR Φὶξ, teste Schol. Hesiodi Θ. 326. Ἡ δ' ἄρα φῖκ' ὀλοὴν τέκε Καδμείοισιν ὄλεθρον. [" Brunck. ad Eur. Phœn. 45. Wolf. ad Hesiod. p. 97. Græv. Lectt. p. 625. Heyn. ad Apollod. 601." Schæf. Mss.] UNDE Φίκιον nominabatur ἔνθα κατῴκει, inquit Idem, i. e. Domicilium sphingis, Rupes quam incolebat. [" Wolf. l. c. Græv. l. c., ubi et de * Φίκειος, * Σφίκιος." Schæf. Mss. * " Σφίκειος, Sphingi similis, Lycophr. 1465." Kall. Mss.] Annotat eod. in loco Tzetzes, Hesiodum allegorice ibi σφίγγα appellare τὴν κρυψίνουν κακίαν: revera autem fuisse γυναῖκα λῃστρίδα, ἔχουσαν πολλοὺς σὺν αὐτῇ τοὺς συναρπάζοντας. Quæ consentiunt cum iis quæ Suid. refert in Οἰδίπους: ad quæ te remitto brevitatis causa. Porro ut Φὶξ dicitur pro σφὶγξ, ITA ET Φιν pro σφιν, ut tum ap. Hom., tum ap. Callim. Apud illum enim Il. A. 75. vetus liber habet, Ὅς φιν ἐῢ φρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν, sic exponens illum versum, Ὅστις ἐν αὐτοῖς καλῶς φρονῶν ἐδημηγόρησε καὶ εἶπεν. Apud hunc vero Hymno in Dian. (125.) Κτήνεά φιν λοιμὸς ἐπιβόσκεται, Jumenta ipsis depascitur et absumit pestis. Ubi tamen sunt qui scribant σφιν, quamvis Schol. dicat σ metri causa demtum esse. Possit certe in illo Hom. loco et similibus videri omissa litera σ, errore librarii, ob præcedentem eand. literam. || Alioqui φιν et φι est quædam particula, a Poëtis fini quorundam nominum adjici solita, de qua alibi.

" ΣΦΟΔΡΟΣ, Vehemens, Qui impetu fertur, Validus, Vegetus: Hes. σφοδρὸν, εὔτονον, ἰσχυρὸν, ὀξὺ, στιβαρὸν, δεινὸν, χαλεπόν. Interdum de homine dicitur, Dem. pro Cor. Ἐν τίσιν οὖν σφοδρὸν εἶναι τὸν πολιτευόμενον καὶ τὸν ῥήτορα δεῖ; Fem. Σφοδρὰ, itidem Vehemens, etc." [" Ad Xen. Eph. 176. ad Charit. 312=438. Conf. c. φαιδρὸς, Boiss. Philostr. 575." Schæf. Mss. " De æstu, Dio Chrys. 1, 541. Σφοδρότατος, Xen. Ages. 5, 4." Wakef. Mss. Vide Lex. Xen. Thema videtur esse σπεύδω.] " At vero Σφόδρα, adv. Vehementer, Impetuose, Aristoph. Πλ. (1100.) οὗτος εἰπέ μοι, Σὺ τὴν θύραν ἔκοπτες οὑτωσὶ σφόδρα; Plato de Rep. 1. Εὖ οὖν λέγει· θαυμαστῶς ὡς σφόδρα: Epist. cum μάλα copulatur, Καὶ μάλα σφόδρ' αὐτῷ δηλωτέον. Ex Eod. affertur σφόδρα λεγόμενα pro Quæ passim dicuntur. Interdum cum articulo ὁ σφόδρα, ea forma qua dicitur ὁ ἄγαν, pro Vehementi s. Vehementissimo, Aristot. H. A. 8. Τὰ δὲ πλεῖστα αὐτῶν φωλεῖ καὶ ἐν τοῖς σφόδρα ψύχεσι καὶ ἐν ταῖς σφόδρα ἀλέαις. Interdum Σφόδρα vel Σφόδρα γε responsioni affirmativæ adhibetur, sicut μάλα et πάνυ, et Latine Admodum, Maxime. E Xen. autem (Ἀπ. 2, 7, 5.) affertur et geminatum, interjecto etiam adverbio μάλα, Οὐκοῦν χρήσιμά γ' ἄλφιτα; σφόδρα γε μάλα σφόδρα:" [ultimæ voces μάλα σφόδρα omittuntur in hodiernis Edd. " Cattier. Gazoph. 59. Huschk. Anal. 15. Cum compar., Abresch. Lectt. Aristæn. 283. Cum superl., Markl. Suppl. 244. 246. Σφ. τοξότης, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 226. Εὖ σφ., Argum. Aristoph. Acharn. Τὸ σφ. ψῦχος, Aristot. H. A. 375. Schn. Σφ. τι, Heind. ad Plat. Phædr. 269. Οὕτω σφ., Plut. Ages. p. 39. Crus. ad p. 40. Πάνυ σφ., Plato Lys. p. 22. Gorg. 152. 166. Apol. 150. 152. Σφ., σφοδρῶς, Schneid. ad Xen. Œc. p. 8." Schæf. Mss. " Cum gradu superl., Jo. Malal. 20. Joseph. 347, 7." Wakef. Mss. " Plato Alcib. 1. p. 222, 48. Ed. Bas. 1ª. Ἀλκιβιάδης οὗτος πρῶτον μὲν ἔτη οὔπω γεγονὼς σφόδρα εἴκοσιν, ἔπειτα παντάπασιν ἀπαίδευτος." Seager. Mss. Lex. Xen.] " Est et aliud adv. Σφοδρῶς, Vehementer: in compar. gradu Σφοδρότερον, Vehementius: sicut nominis Σφοδρὸς compar. est Σφοδρότερος, Vehementior." [" Ad Charit. 438. Quomodo differat a σφόδρα, Musgr. ad Eur. Dan. p. 629., cf. Zeun. ad Xen. K. Π. 141. * Σφοδροτέρως, ad Charit. 94. Κατὰ τὸ σφοδρότερον, Diod. S. 2, 539." Schæf. Mss. Xen. Ἱππ. 12, 14. Σφοδρότατον οἴσεται τὸ ἀκόντιον.] " Σφοδρότης, Vehementia," [Gl. Acervitas, Vehementia, Acrimonium, Alacritas, Jambl. V. P. 132. Theodorit. Hist. Eccl. 5, 9. " Σφοδρότης, Hermogeni περὶ Ἰδ. 1. p. 90. est in oratione Vehementia illa qua adversus inferiores utimur, differtque a τραχύτητι, qua inferiores adversus superiores utuntur. Aristides tamen περὶ Λογ. Πολ. 655. etiam tum σφοδρότητα agnoscit, ὅταν τις ἐνδόξοις προσώποις ἐπιτιμᾷ. Exemplum σφοδρότητος Hermogenes totam Demosthenis c. Aristog. orationem statuit. In verbis singulis ea cernitur, cum illa nova facta sunt hac de causa, ut opprobrium et convitium significent, ut Demosthenica Ἰαμβειοφάγος, γραμματοκύφων. Figura, σφοδρότητα habens, inprimis est apostrophe ad adversarium directa, nec non interrogatio. Membra

orationis, et *κῶλα*, tum maxime habent *σφοδρότητα*, cum brevissima sunt, et pæne uno verbo absolvuntur: ut si quis crimina alteri opponens, hæc nominibus singula suis declarata annumeret: cf. Voss. Inst. Rhet. 6. p. 497. De eadem agit Aristid. l. c., ejusque indolem in sententiis, in variis dicendi formis; et in singulis verbis demonstrat. In universum ei *τὸ ἐπιτιμᾷν, τὸ ἐπιβάλλειν, τὸ ὑπεραγανακτεῖν* subjicit." Ernesti Lex. Rhet.] "*Σφοδρύνω*, Vehementem s. Vehementiorem reddo s. Validum. Itidemque pass. *Σφοδρύνομαι*, Vehemens reddor s. Vehementior, Incrementum accipio. Alex. Aphr. Probl. 2. *Διὰ τί ἐν νυκτὶ μᾶλλον αἱ ὀδύναι σφοδρύνονται.* Sed *Σφοδρύνω* ap. Eund. neutraliter etiam positum extat pro *σφοδρύνομαι*, Vehementior reddor, Vires accipio: 1, (73.) *'Ο δὲ ἄνεμος διὰ τῶν στενῶν χωρίων διαβαίνων, ἰσχυρότερός ἐστιν ἤπερ δι' εὐρυτέρων· ὅτι συναγόμενος εἰς ἕνα τόπον τονοῦται, μείζων ἑαυτοῦ γινόμενος, καὶ μεγεθύνεται καὶ σφοδρύνει.* Nisi forte *σφοδρύνεται* eum scripsisse putandum sit." [" Philo J. 1, 355. Æsch. Pr. 1010(=1047.)" Wakef. Mss. " Planud. Ovid. Met. 8, 583." Boiss. Mss. * *'Επισφοδρύνω*, Plut. Cleomene 10. *'Επισφοδρύναντα καὶ ἀνατεινάμενον τὴν ἀρχήν.* * " *Σφοδρύομαι*, Vehemens sum, Philo J. 2, 99." Wakef. Mss.] " Affertur porro et comp. *Σφοδράκαμος*, pro Valde laborans, VV. LL."

ΣΦΡΑΓΙΣ, *ῖδος, ἡ*, Signum, Sigillum, i. e. Nota quæ rei imprimitur, ut dignosci queat: plerumque de Signo quod annulo imprimitur epistolis, Thuc. 1, (129.) *'Επιστολὴν διαπέμψαι, καὶ τὴν σφραγῖδα ἀποδεῖξαι*, Et signum ostendere. Aliquanto post (132.) p. 43. *Παραποιησάμενος σφραγῖδα, ἵνα ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκεῖνος μεταγράψαι τι αἰτήσῃ, μὴ ἐπιγνῷ*, Assimilato et adulterato signo, i. e. Imitatus signum illud epistolæ impressum, et inde ficto alio, s. ad illius exemplar et imaginem effecto alio. Herodian. 7, (6, 15.) *Διασχολουμένῳ πρὸς τὴν τῶν σφραγίδων ἐπίγνωσιν*, Circa signa agnoscenda occupato, Occupato in signis dignoscendis quæ literis erant impressa, Aristoph. (*'Ορν.* 560.) *σφραγῖδα βάλλειν* [*ἐπιβ.*] *αὐτοῖς ἐπὶ τὴν κωλὴν* [*ψωλὴν*,] Signum imprimere, Virg. Imprimere signa pecori, Cic. Imprimere sigilla annulo. Qua signif. Plut. dicit *σημεῖον ἐπιβάλλειν*: unde *σημείων ἐπιβολή*, supra in *Μοχλός*. Metaph. Greg. Naz. in Macc. Encom. *'Ο πρῶτος ἔσται τοῖς ἄλλοις ὁδὸς, καὶ ὁ τελευταῖος σφραγὶς ἀθλήσεως*, Ultimi morte certamen veluti obsignabitur, Ultimus erit obsignatio certaminis. Ab Eod. et Baptisma vocatur *σφραγὶς*, sicut in Judaismo *σφραγὶς* erat *ἡ περιτομή*: quo signo agnoscebantur qui essent in fœdere pacto cum Deo Abrahami. Vide et *Σφραγίζω*. || *Σφραγὶς* dicitur etiam Id ipsum quo nota ejusmodi imprimitur, veluti annulus signatorius, ut Paul. JCtus loquitur. In qua signif. Signum itidem et Sigillum usurpantur, ut quidem tradunt nonnulli. J. Poll. 5. *Σφραγῖδας, ἐπισήμους δακτυλίους ὠνόμαζον, τοὺς τὰ σήμαντρα ἢ λίθους ἐν αὐτοῖς ἔχοντας*, Annulos insignes, i. e. Quibus signa s. sigilla insculpta erant, et quibus postea illa ipsa signa literis aut aliis rebus signandis imprimebantur: item Eos annulos qui gemma aliqua essent insignes, ut quæ *σφενδόνας* habent. Plut. (9, 217.) de Sulla, *Γλυψάμενος εἰκόνα τῆς πράξεως ἐν σφραγῖδι τὸν 'Ιογόρθαν αὐτῷ παραδιδόμενον, ἐφόρει.* Et Val. Max. 8, 15. Jugurtha a Boccho rege ad Marium perducto, totam sibi laudem cupide asseruit, ut annulo, quo signatorio utebatur, sculptam illam traditionem haberet. Idem Plut. (10, 98.) loquens de Telemacho et Ulysse, *'Εποιήσατο γλυφὴν τῇ σφραγῖδι καὶ τῆς ἀσπίδος κόσμον ὁ πατὴρ, ἀμειβόμενος τὸ ζῶον*: indicans, eum annulo quo utebatur signatorio, insculpsisse delphinem, et clypeum suum insignivisse delphine, ut sc. gratiam aliquam referret animali illi a quo Telemachus, in mare delapsus, servatus fuerat. Idem (8, 88.) *"Οταν ἀποθανόντων τὰς κλεῖς παραλάβωσι καὶ τὰς σφραγῖδας.* Sic accepit et Philo V. M. 3. *Κατὰ τὸ στῆθος ἄλλοι λίθοι πολυτελεῖς, διαφέροντες ταῖς χρόαις, σφραγῖσιν ἐοικότες.* Ex Aristoph. autem *οἱ σφραγῖδας ἔχοντες* affertur pro Nobiles. Quo referri potest quod Ovid. de Arte Amandi 3. dicit, Cum fieret, lapis asper erat, nunc nobile signum: nobiles enim aut etiam qui nobilitatem divitiis metiuntur, *σφραγῖσιν* uti præ ceteris solent. Soph. periphrastice *ἕρκος σφραγῖδος* vocat ipsam *τὴν σφραγῖδα*: Tr. (615.) p. 352. *Καὶ τῶνδ' ἀποίσεις σῆμ', ὃ κεῖνος εὐμαθὲς Σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἐπ' ὄμμα θήσεται*: i. e. *σημεῖον κομίσεις τῶνδε εὔγνωστον, ὅπερ ἐκεῖνος ἐπιγνώσεται ἐπιθεὶς τὸ ὄμμα τῇ σφραγῖδι, καὶ γνοὺς ὅτι παρ' ἐμοῦ εἴη ἡ σφραγίς*: [Br. legit *Σφραγῖδι θέμενος τῷδ' ἐπ' ὄμμα, γνώσεται.*] Quæ signif. *τῆς σφραγῖδος* referenda est ad priorem illam: accepit tamen Idem et in posteriore, El. (1223.) p. 133., ubi Orestes ait, *τήνδε προσβλέψασ' ἐμοῦ Σφραγῖδα πατρὸς, ἔκμαθ' εἰ σαφῆ λέγω*, Hunc patris mei signatorium annulum. || *Σφραγὶς Λημνία*, Terra Lemnia ex eo dicta est, quod non nisi signata vendebatur, Plin. 35, 6. Palmam Lemniæ dabant, minio proximam. Hæc est multum antiquis celebrata cum insula in qua nascitur, nec nisi signata venundabatur: unde et Sphragidem idem appellavere. Diosc. *σφραγῖδα αἰγὸς* nominari scribit, 5, 113. de terra Lemnia, *"Ην οἱ ἐκεῖ ἄνθρωποι ἀναπλάσσοντες καὶ σφραγίζοντες εἰκόνι αἰγὸς, σφραγῖδα αἰγὸς καλοῦσι*, Sigillum capræ appellant, quoniam incolæ eam in pastillos coactam imagine capræ signant. Idem et *Λημνίαν σφραγῖδα* appellat, in præf. l. 6. *Μίλτου τῆς καλουμένης Λημνίας σφραγῖδος*, Cretæ quæ Lemnia sphragis appellatur Ruell.: paulo post vocat *Λημνίαν μίλτον*. [Cf. Schol. Nicandri Θ. 866.] || *Σφραγῖδες* dicuntur etiam Gemmæ quibus *σφραγῖδες* insculpi possunt, Plin. 37, 8. Nec diversæ, quas Sphragidas vocant, publico gemmarum dominio iis tantum dato, quoniam optime signent. || *Σφραγὶς*, Nomen trochisci s. pastilli, ap. Aët. 9, 49. et Paul. Ægin. 7, 12.: item ap. Cels. 5, 20.: et ap. Gal. 4 *τῶν κατὰ Τόπους*. Porro pro *σφραγῖδα* in accus. casu DICITUR *Σφρᾶγιν* Æolica dialecto: UT *Κνᾶμιν* pro *κνημῖδα*, Eust. [" Ammon. 74. Valck. Hipp. p. 255. Lennep. ad Phal. 182. Thom. M. 688. ad Charit. 411. 782. Wakef. Trach. 614. Jacobs. Anth. 9, 433. Brunck. Aristoph. 2, 184. Heyn. Hom. 6, 97." Schæf. Mss. Opp. K. 2, 299. *οἷά τε θηρῶν Πορδαλίων σφραγῖδες ἐπὶ χροῒ μαρμαίρουσι.* " *Σφραγὶς*, a *φράσσω* deducendum, Sigillum notat ceræ impressum, quo res munitur, s. auctoritate firmatur. Vulgo *σφραγίδες* Signa dicebantur Annulorum, quorum usus inter Græcos antiquitatem Familia monstrat Pelopidarum, in annulo suo signatorio impressum habentium humerum Pelopis eburneum: quod traditur in Schol. Soph. El. 1233. Nomen *σφραγὶς*, et v. inde ductum *σφραγίζω*, in his ll. ss. transfertur ad varios usus. Signum Circumcisionis, Abraamo impressum, fidei ipsius *σφραγῖδα* dixit Paulus Rom. 4, 11. i. e. Signaculum, quo fidei suæ sinceritatem publice declaravit. Pulcerrime Jo. 6, 27. Deum patrem Christum signo velut impresso filium declaravisse significat: *Τοῦτον*, inquit, *ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν*. Respondet Hebr. v. significans Sigillum imprimere. Hinc illustrandus Paulus Ephes. 1, 13. 4, 30. ubi a Sancto Spiritu fideles dicuntur obsignati. Varro ap. Non. homines ad amandum proclives Sigillum dixit habere in mente impressum, ubi metaph. ductam esse docet B. Martinus V. L. 2, 21. ab iis, qui, ut rem aliquam suam esse indicent, apposita cera, et impresso sigillo, illam solent obsignare. Venuste Varro: Sigilla in mente impressa Amoris digitulo." Valck. Schol. in N. T. 2, 235.]

Σφραγιδονυχαργοκομῆται, [*σφραγὶς, ὄνυξ, ἀργὸς, κόμη*,] dicuntur ab Aristoph. N. (332.) Homines voluptarii, qui comam nutriunt, et digitos ad ungues usque annulis onerant. Suid. exp. *τοὺς κόμαις καὶ περιττοῖς δακτυλίοις τὰς χεῖρας κοσμουμένους, ὡς μέχρι τῶν ὀνύχων ὑπὸ τῶν δακτυλίων σκέπεσθαι τοὺς δακτύλους*: addens tamen et hanc exp., *τῶν ὀνύχων ἐπιμελουμένους, καὶ ὁσημέραι ξέοντας αὐτοὺς τοῦ ἐκλάμπειν ἄγαν*, ut qui non aliud quærunt quam ut se *καλλωπίσωσι*. Hes. quoque exp. *τοὺς ἔχοντας σφραγῖδας ἐν τοῖς δακτυλίοις καὶ ὄνυχας λευκοὺς, καὶ κομῶντας.* Quæ exp. ut brevior est, ita magis consentanea esse vide-

tur. [Etym. M. 739. * " Σφραγιδοφύλαξ, (Gl. Vistrigilium,) Hes. v. Πυελίς." Boiss. Mss.] Σφραγιδοφυλάκιον, τὸ, Loculus reponendis σφραγῖσι, Theca in qua reponuntur annuli signatorii s. gemmis insignes. Exp. etiam Annuli pars in qua gemma sedet: quæ vocatur et πύελος s. πυελὶς, item σφενδόνη, Lat. Funda et Pala annuli. [Harpocr. " Aristoph. Fr. 246." Schæf. Mss.]

[* Ὑποσφραγὶς, Hes. v. Περίστροφος. Hinc corrigas Phav. Lex. ead. v.]

Σφραγίδιον, τὸ, Sigillum. Dicitur et de Annello signatorio, teste J. Poll. 5. Quomodo accepit Plut. (7, 812.) Λοιδοροῦντος αὐτὸν ἀνθρώπου * φιλολίθου, καὶ περὶ πολυτελῆ σφραγίδια νοσοῦντος: de Polemone, qui cum illi homini nihil respondens, tantum τῶν σφραγιδίων ἐνὶ προσεῖχε τὸν νοῦν καὶ κατεμάνθανε, ea re delectatus ille, Μὴ οὕτως, inquit, ὦ Πολέμων, ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θεῶ, καὶ πολύ σοι βέλτιον φανεῖται. || Σφραγίδιον, Antrum Cithæronidum nympharum, quæ ibi olim vaticinabantur, secundum fabulas, VV. LL. In Iisd. LEGITUR, Σφραγίτιδες, Nymphæ, Plut. Aristide [11. 19. " Valck. Anim. ad Ammon. 105." Schæf. Mss. Aristoph. Θ. 434. Theophr. Fr. 2, 8. 18. 23.]

Σφραγίζω, Signo, Sigillo, Obsigno, Signo impresso noto, Nota impressa insignio. Affert Bud. in hac signif. e Themist. 87. et Aristot. περὶ Μνήμης, p. 261. Idem interpr. etiam Cruce insignio, ap. Chrys. Comm. in Ep. ad Tim. 24.: quemadmodum et σφραγὶς, Nota crucis, qua se signare solebant contra terriculamenta occurrentia, Greg. Naz. Τῷ * ψυχροφόρῳ κύλικι Χριστὸν ἐπειπεῖν μετὰ τῆς σφραγίδος: itidemque ap. Eund. p. 95. de Juliano dæmones evocante et inde territo. Idem Bud. e quodam quem non nominat, Τὴν κύλικα διὰ δειλίαν τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ σφραγισάμενος: cui addit, σφραγῖδα σταυροῦ διατυπῶσαι. Item ἐσφραγισμένος dicitur Qui baptizatus est: quia baptismo veluti signo Christiani distinguuntur a Gentilibus, ut olim Judæi circumcisione. Greg. Naz. de baptismo, Τοῦτό σοι καὶ ζῶντι μέγιστον εἰς ἀσφάλειαν· πρόβατον γὰρ ἐσφραγισμένον οὐ ῥᾳδίως ἐπιβουλεύεται· τὸ δὲ ἀσήμαντον, κλέπταις εὐάλωτον. Est igitur metaph. ab ovibus, quæ signari solent; ut enim suas quisque agnoscat, signum pecori imprimit. Similiter baptismus ab eod. Greg. σφραγὶς nominatur in eadem Or. de Baptismo: Εἰ δὲ προκαταλάβῃς σεαυτὸν τῇ σφραγῖδι, καὶ τὸ μέλλον ἀσφαλίσαιο, καὶ τῷ καλλίστῳ καὶ στεῤῥοτάτῳ τῶν βοηθημάτων σημειωθεὶς καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τῷ χρίσματι καὶ τῷ πνεύματι, τί σοι συμβήσεται; Cur autem baptismus σφραγὶς vocetur, docet p. 174. Porro sicut ibi dicit σημειωθεὶς τῷ πνεύματι, ita Paulus in Ep. ad Ephes. 1, (13.) et 4, (30.) Ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι, Obsignati estis spiritu. || Obsigno, i. e. Approbo meo sigillo veluti impresso, Auctoritate mea comprobo, metaph. ab iis qui aliquid approbantes, sigillum suum addunt ad fidem faciendam iis in quorum oculos et manus incidet, Jo. 6, (27.) de Christo, (quem Deus pater divina sua virtute indita, quasi impresso sigillo, tum a ceteris hominibus distinxit, ut in eo tanquam antitypo ipse Deus pater appareret, tum etiam inauguravit muneri quod ejus proprium est, Deo sc. homines reconciliandi in vitam æternam,) Τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεὸς, Hunc enim pater obsignavit, i. e. Deus: 3, (33.) Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι, Qui recipit ejus testimonium, is obsignavit quod Deus verax sit. || Consigno, Obsignatum trado, depono, ad Rom. 15, (28.) Σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, Cum ipsis hunc liberalitatis fructum consignaro: loquens de eleemosyna quam Macedones pauperibus mittebant. Ubi nota et vocem med. activa signif. usurpatam: ut et in Ep. 2 ad Cor. 1, (22.) Ὁ καὶ σφραγισάμενος ὑμᾶς: quæ signif. hujus participii pertinet ad primam, qua pro Obsigno ponitur. || Ex 4 Reg. 22, (4.) affertur Σφράγισον τὸ ἀργύριον, pro Confla pecuniam. At e Daniele (9, 24.) Σφραγίσαι τὰς ἁμαρτίας, pro Finem imponere peccatis. Fortasse quia ultima in epistolis manus solet esse signi impressio. In priore autem loco σφράγισον τὸ ἀργύριον, videri fortasse posset significare, Signa argentum, pecuniam: de quo loquendi genere supra in Σημαίνω. [Vide Σφραγίς. " Pierson. Veris. 93. ad Mœr. 313. Segaar. in Daniel. p. 53. Toup. Opusc. 2, 70. Bergler. ad Alciphr. 191. Thom. M. 689. ad Charit. 412. Jacobs. Anth. 8, 180. 302. 9, 22. 144. 172. 453. 10, 151. 11, 40." Schæf. Mss. Eur. Iph. T. 1372. Archelaus Antigoni Caryst., Schleusn. Lex. N. T.] Σφράγισμα, τὸ, i. q. σφραγὶς, Signum, Sigillum, Nota impressa, qua aliquid obsignatum s. insignitum est. Quo vocabulo tum Eur. utitur, tum Xen. Ἑλλ. 1, (4, 1.) Ἐπιστολὴν ἔφερε τοῖς κάτω πᾶσι, καὶ βασίλειον σφράγισμα: (7, 1, 27.) σφραγῖδα dicit, Ὁ Πέρσης ὁ φέρων τὰ γράμματα, δείξας τὴν βασιλέως σφραγῖδα, ἀνέγνω τὰ γεγραμμένα. [" Ad Charit. 409. Wakef. Trach. 614." Schæf. Mss. " Menandri Fr. p. 236. ubi speciatim Obsignationem januarum notat." Schleusn. Mss.: Gl. Signaculum. * Σφραγιστὴς, Signator, unde * Σφραγιστικὸς, Gl. Signatorius: * Σφραγιστήρ· Signaculum. " Planud. in Ovid. Met. 9, 565." Boiss. Mss. " Valck. Hipp. p. 255." Schæf. Mss. * Σφραγιστήριος, unde * Σφραγιστήριον, Gl. Signaculum, Signatorium, et contr. * Σφραγίστρα, Gl. Tudicula. * " Σφραγιστὸς, Inscr. Attica ap. Boeckh. Staatsb. 2, 355." Schn. Lex.] Ἀσφράγιστος, ὁ, ἡ, i. q. ἀσήμαντος, Non signatus, obsignatus, Nulla insignitus nota, Cui sigillum s. signum impressum non est. Ex Etym. exp. * ἀποίμαντος, Pastore carens: forsan ex eo, quod pastores signare sua pecora solent. [* " Θεοσφράγιστος, Andr. Cr. 128. 166. * Μοσχοσφραγιστία, Fabric. B. Gr. 1. p. 75." Kall. Mss.] Πολυσφράγιστος, Multis signis notatus, Cui multa signa s. notæ impressæ sunt. Pro Bene sigillatus affertur e Nonno [Jo. 192. ubi * πολυσφρήγιστος, ut etiam in Dionys. 4, 14.]

Ἀνασφραγίζω, Resigno: contraria signif. verbi σφραγίζω. Ἀποσφραγίζω, Resigno, Signum tollo, contrarium simplici σφραγίζω, Diog. L. Lacyda init. Μαθόντα δὴ τοῦτο τὰ θεραπόντια ἀπεσφράγιζε, καὶ ὅσα ἐβούλετο ἐβάσταζεν. Dixerat autem ante, Σφραγισάμενος πάλιν, εἴσω τὸν δακτύλιον διὰ τῆς ὀπῆς ἐῤῥίπτει. Sic et in Pand. ἀνασφραγίζειν et ἀποσφραγίζειν τὴν διαθήκην pro Resignare testamentum. || Ἀποσφραγίζω, i. nonnunquam q. simplex σφραγίζω: unde ἀποσφράγισμα, Signaculum, Sigillum. || Ἀποσφραγίζομαι, usurpatur interdum pass. voce in signif. activa. [" Musgr. ad Eur. Or. 1108. Beck. ibid. Brunck. p. 201. 202." Schæf. Mss. Athen. 34. Ἀπεσφραγίσθαι, Hesychio ἀποκεκλεῖσθαι.] Ἀποσφράγισμα, τὸ, i. q. σφράγισμα s. ἐκσφράγισμα, Signaculum, Sigillum. Plin. in quadam Ep. (10, 16.) Signata est annulo meo, cujus est ἀποσφράγισμα quadriga: ubi ἀποσφράγισμα secundum Bud. est Imago annulo insculpta. Idem putat ἀποσφράγισμα vocari Cretam qua literæ obsignarentur, Athen. (585.) Πρὸς Λαΐδα τὴν Κορινθίαν ἐραστὴς ἀποσφράγισμα πέμψας ἐκέλευε παραγίνεσθαι· ἡ δὲ, Οὐ δύναμαι, εἶπε· πηλός ἐστι. [* Ἀποσφραγιστὴς, Gl. Resignator. * Ἐναποσφραγίζω, Joseph. de Macc. 15. Achill. Tat. 307. Clem. Alex. 67. 205. 637. 708. * Ἐναπεσφραγισμένως, Sext. Emp. p. 728. * Ἐναποσφράγισμα, Clem. Alex. Str. 2. p. 407.] Ἐκσφραγίζω, Exsigno: ut Liv. dicit, Ei sacra omnia exscripta exsignataque tribuit. Alicunde exemplari sumto signo, Signo ad exemplar. Bud. 654. ἐκσφραγίζεσθαι i. esse ait q. ἐκμάττεσθαι, s. ἀπομάττεσθαι et ἐκτυποῦν. [Eur. Herc. F. 53. ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι Δόμων, Exclusi.] Ἐκσφράγισμα, τὸ, Effigies expressa, ut Idem ibid. exp. ap. Greg. Naz. de duobus annulis, Εἰπὲ τί μὲν τοῦ σιδήρου, τί δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸ ἐκσφράγισμα, Utrum ab aureo annulo an a ferreo sit imago et nota in cera expressa. [I. q. ἀντίγραφον, Marm. Oxon. p. 130. et sæpius.] Ἐνσφραγίζω, Signum imprimo, Nota insignio, [" Jacobs. Anth. 10, 151. Paul. Sil. 27." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 405. Cyrill. Hier. 125." Kall. Mss.] Ἐπισφραγίζω, i. q. ἐνσφραγίζω, s. σφραγῖδα ἐπιβάλλω, σημεῖον ἐπιβάλλω, Obsigno. Exp. etiam Probo, Approbo, more eorum, qui approbantes aliquid, suum etiam sigillum imprimunt. Item Subscribo, βεβαιόω.

Pass. quoque vox et media, activa signif. accipiuntur, ut *ἐπισημαίνεσθαι* et *ἐπισημήνασθαι*. Pro Consignare affertur e Plat. Polit. *Δεῖ γὰρ, χωρὶς ἀφελόντας ἀπὸ τῶν ἄλλων ἰδεῶν, αὐτῇ μίαν ἐπισφραγίσασθαι*, Consignare. Pro Concludo veluti sigillo, affertur ex Aristide, *Ἐπισφραγίζεσθαι τὴν νίκην*. [" Thom. M. 688. Jacobs. Anth. 9, 22. 144. 11, 40. Boiss. Philostr. 373. Bibl. Crit. 2, 1. Præf. p. ix. ad Mœr. 313. Toup. Opusc. 2, 125. Lennep. Phal. 182. Brunck. Or. 1112. Musgr. 1108." Schæf. Mss. Plato Phæd. 20. Jambl. Adhort. 338. * " *Ἐπισφράγισις*, Obsignatio, in Edit. Just." Lex. Gr. Lat. ap. P. Baldvin. 1611. I. q. *βεβαίωσις*, Greg. ad Hermog. *περὶ Δειν.* 28. Ernesti Lex. Rhet. p. 57. * " *Ἐπισφράγισμα*, Signaculum, Obsignatio, Euseb. Hist. Eccl. 343. 369." Kall. Mss.] *Ἐπισφραγιστὴς*, Obsignator, Qui sigillum imprimit, [" Lucian. 2, 232." Wakef. Mss. * *Ἐξεπισφραγίζω*, Imprimo, Athen. 608.] *Προσεπισφραγίζομαι*, Insuper sigillo meo comprobo: ut qui aliquid non testatur solum, verum etiam sigillum suum addit ad majorem fidem faciendam. Metaph. Dem. Epist. ad Theramenis Calumnias ac Convitia, (1487.) *Οἶδα ἀεὶ λέγοντας ἐν ταῖς μαντείαις* (sc. Jovem Dodonæum, et Apollinem Pythium,) *καὶ προσεπισφραγιζομένους τὴν ἀγαθὴν τύχην ἐν τῇ πόλει εἶναι τῇ παρ' ἡμῖν.* [* *Συνεπισφραγίζομαι*, Epiph. 1, 179. " Iren. p. 12. 14." Kall. Mss.] *Κατασφραγίζω*, Obsigno, Signaculo claudo, [Lucian. 2, 255. " Phryn. Ecl. 184. Thom. M. 689. Valck. Diatr. 213." Schæf. Mss. Æschin. Dial. 2, 24.] *Παρασφραγίζω*, Adulterato signo noto, Adulteratum signum imprimo, i. q. *παρασημαίνω*. Exp. etiam *παρακόπτω, παραχαράττω, κιβδηλεύω*: quæ de moneta proprie dicuntur, ut Lat. Adulterare. [" Mœr. 313. et n., Thom. M. 689." Schæf. Mss.: Gl. Præsigno, Falsifico. Teles Stobæi Serm. 95. p. 523. * *Παρασφράγισις*, Schol. Aristoph. Θ. 434. * " *Περισφραγίζω*, ad Mœr. 313." Schæf. Mss. Symm. Prov. 30, 31. sed v. Schleusn. Lex. V. T. *Περιεσφραγισμένα*, Gl. Urbata, f. leg. * *περιεσφαιρισμένα*.] " *Προσφραγίζω*, " Ante insignio, obsigno." [* *Συσφραγίζω*, Gl. Consigno, Inc. Exod. 28, 11. vide Schleusn. Lex. V. T.] *Ὑποσφραγίζομαι*, Subsigno, Subtus signo, Signum subtus imprimo, s. Finio et claudo supposito sigillo, Phalar. 182. Lennep. * *Ἐξυποσφραγίζω*, Chæremon Athenæi p. 608. *ἐξυπεσφραγίζετο*, Excludebatur, Nudabatur.]

At IONICE *Σφρηγὶς* dicitur pro *Σφραγίς*: quo Herod. utitur itidem pro Nota quæ rei alicui imprimitur. [" Theogn. 19." Schæf. Mss. * " *Σφρηγίζω*, Nonn. Jo. 6, 118." Wakef. Mss.] UNDE *Ἐνσφρηγίζω*, Signum imprimo, Nota ac signo aliquo insignio, Epigr. [Vide *Ἐνσφραγίζω*.]

" ΣΦΡΙΓΑΩ, Turgeo: ea proprie signif., qua " turgere mammæ dicuntur, quæ lactis copia sunt " distentæ. Pro hac autem signif. affertur ex J. " Poll., *οὔθατα σφριγῶντα*: atque ita *σφριγᾷν* fuerit " i. q. *σφαραγεῖσθαι* ap. Hom., ubi dicit, *οὔθατα γὰρ* " *σφαραγεῦντο*. Hes. *σφριγᾷ* exp. *περιπέταται, περι-* " *τείνει*, ut quidem vulg. Edd. habent: sed reponen- " dum est *περιτέταται, περιτείνεται*. Alioqui *σφριγᾷν* " dicitur Qui est corpore bene habito, Qui est vege- " tus: ut qui in flore sunt ætatis. Ideoque de ju- " venibus sæpe usurpatur. Sic Herodian. 3, (13, " 14.) dixit *νεανίας σφριγῶντας*, Adolescentes adhuc " in ipso ætatis fervore, Polit. Juvenes ætate floren- " tissima, et fervidos, ac corpore valentes, Bud. " Tale est *σφριγώσης τῆς ἡλικίας*, quod hic ap. Greg. " Naz. de Homine, interpretatur, Florente ætate et " gestiente, Gliscente ætate. Sic in isto l. quem " Suid. affert, *Νεάζοντός τε καὶ τῇ ἀκμῇ τῆς ἡλικίας* " *σφριγῶντος τὸ σῶμα*. Similiter autem de athletis " usurpatur, Plato de LL. 299. *Τὰ σώματα πολὺ μᾶλ-* " *λον σφριγῶντες*. Hes. cum aliis modis exp. verbum " istud *σφριγᾷν*, tum verbo *εὐσωματεῖν*: hoc autem " cum *σφριγᾷν* copulatum alicubi invenitur, Aristoph. " N. (799.) *εὐσωματεῖ γὰρ καὶ σφριγᾷ*:" [cf. A. 80.] " Chrys. autem *σφριγῶσαν* et *εὐτραφῆ* conjunxit, de " Sacerd. *Τὴν ἀγέλην τοῦ Χριστοῦ σφριγῶσαν καὶ* " *εὐτραφῆ παραλαβών*. Itidem Greg. Naz. *σφριγῶν* " et *σαρκοτροφῶν* simul posuit, ubi quidam interpr. " Vegetus et bene curata cute. Ut autem aliquis " *σφριγᾷν* dicitur *τῷ σώματι*, vel *τὸ σῶμα*, (quod no- " men sæpe etiam omittitur,) ita *σφριγᾷν* ipsum " *σῶμα* nonnunquam: ut ap. Eur., *σφριγῶντι σώ-* " *ματι*. Sic in hoc l., quem Suid. affert, *Ὡς δ' εὐ-* " *χροεῖς, ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμά σου*. Aliquis ap. " Eund. dicit *σφριγᾷν τὸν πόλεμον*. Ponitur etiam " pro Lascivio, ut pecudes stabulis emissæ, quod " Polit. Vitulare vertit, ut VV. LL. annotant: ubi " affertur etiam, *Σφριγῶν κατὰ πιθανολογίαν*, pro Vi- " gens in afferendis probabilibus rationibus. Apud " Greg. Naz. autem in Carmine *σφριγῶντα ὄμματα* " Bud. ait esse Elatos oculos et libidinosos. Apud " Æschylum vero *θυμὸς*, Animus, dicitur *σφριγᾷν*, " Pr. (388.) p. 27. meæ Edit., ubi Schol. exp. " *νεάζειν* et *αὐξάνεσθαι*. Quidam interpr. Turgen- " tem animum. Vide locum illum Æschyli cum Cic. " interpr., p. 117. Cic. Lex." [" Ad Timæi Lex. 244. Act. Traj. 1. p. 250. Valck. Hipp. p. 179. Wakef. S. Cr. 3, 58. Bergler. ad Alciphr. 318. Markl. Suppl. 478. Jacobs. Anim. 244. Anth. 7, 407. 11, 37. Exerc. 2, 135. Brunck. Apoll. Rh. 135. Voilloison. ad Long. 179. 191. Boiss. Philostr. 427. 509." Schæf. Mss. " Lascivio, Nic. Damasc. 489. Opp. K. 3, 368. Juventute, Nonn. D. 34, 284. De pleno et succulento corpore, Clem. Alex. 484. Prægnans sum, Nonn. D. 1, 352. (*Καὶ διδύμῃ σφριγόωσα γονῇ κυμαίνετο γαστήρ*.)" Wakef. Mss. " Delector, Philo J. 1. p. 40. Pf., *Εὐδίᾳ καὶ γαλήνῃ σφριγᾷ*." Schleusn. Mss. Alciphr. 1, 39. *Γαστὴρ ἄτοκος καὶ σφριγῶσα*, Liban. 4, 97. *σφριγῶσαν εὐεξίαν*, Ælian. H. A. 14, 5. *Ἐκδῦναι αὐτῶν δεινῶς σφριγῶντες*, i. q. *βουλόμενοι*. Cf. *Σπαργάω*. * *Σφριγώδης*, Gl. Luxuriosus, " Orig. c. Cels. 145." Wakef. Mss.] " *Σφριγανὸς*, vide *Σφριγάω*," [ubi tamen nihil reperitur. J. Poll. 4, 137. *σφριγανὸς ταῖς σαρξί*. In Timæi Gloss. p. 244. exp. *ἀκμάζων* ex Hippocrate. Ita exp. Hes. et Etym. M. At Scholiastæ Apoll. Rh. 3, 1256. est *ἰσχυρὸς, στερεός*. " Var. Lect. Theocr. 11, 21." Wakef. Mss. " Subst. * *Σφρίγος, τὸ*, latere videtur ap. Athen. 525. in illa dictione, *φρίγει βραχιόνων*, Turgore, i. e. Vigore et Robore, brachiorum: ubi sc. *σφρίγει* leg., nisi fortasse *τὸ* * *φρίγος* idem sonat ac *τὸ σφρίγος*. Forsan vero *τὸ φρίγος* a v. *Φρίττω* derivandum fuerit, ut significetur Rigor, i. e. Robur." Schw. Mss. * " *Περισφριγάω*, Schol. Nicandri Ἀ. 62. Apoll. Rh. 3, 1257. (*Χεῖρες ἐπερρώσαντο περὶ σθένεϊ σφριγόωσαι*.)" Wakef. Mss. * " *Ὑπερσφριγάω*, ad Thom. M. 102." Schæf. Mss. * " *Σφρίγομαι*, Inhorreo, Athan. 1, 619. sed susp." Kall. Mss.]

ΣΦΥΖΩ, Salio, Pulso, (ea signif. qua venæ et arteriæ dicuntur salire ac pulsare,) s. Mico, Palpito, ut Cic. 2 de N. D. ¡Jam vero et arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu. Gal. 1 ad Gl. *Αἱ ἀρτηρίαι σφύζουσι*, Arteriæ micant et palpitant, s. saliunt et pulsant. Ibid. *Σφύζουσιν οἱ κρόταφοι*, Exiliunt tempora et palpitant. Ea etiam *σφύζειν* dicuntur, quæ ex inflammatione aliqua palpitant et pulsant, igneo quodam motu. Quo refer *σφύζει*, quod Hes. exp. *πηδᾷ, φλεγμαίνει, καίεται*. Testatur et Bud. ap. Gal. dici de ulcere pulsitante: addens et hæc ex Hippiatr. *Τάς τε λαγόνας καὶ τοὺς διδύμους σφύζειν*, Ilia micare. Cor quoque alicui *σφύζειν* dicitur Cum desiderio rei alicujus incensum inflammatumque salit et micat. Quo refer Greg. Naz. Or. de Baptismate, p. 201. *Ἀναστῶμεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα· σφύζει μοι τὸ πνεῦμα, πρόθυμος ὁ τελειωτὴς, τὸ δῶρον ἕτοιμον*: Micat cor meum, et gestit spiritus meus, Bud. Homo quoque *σφύζειν* dicitur Cum cupiditate gliscente inflammatus, continere se nequit, sed æstuat desiderio et agitatur: *Ἐπὶ ταῦτα δὲ αὐτοῖς σφύζουσι καὶ ἀνεστηκόσι συνάπτουσι μάχην*. Q. l. Suidas citans, *σφύζουσι* exp. *ἐπείγουσι*. Certe

si illud σφύζουσι construatur cum ἐπὶ ταῦτα, σφύζειν ἐπί τι dicetur ut σπαργᾷν ἐπί τι: quibuscum affinem signif. habent σφαδάζειν et σφριγᾷν. Idem Suidas affert et e Piside, Σφύζεις, Ἀχιλλεῦ, καὶ μεθύσκῃ τὰς φρένας, ubi fortasse signif. Ardes desiderio, Ardenti desiderio cor tibi palpitat. [" Toup. Append. in Theocr. p. 22." Schæf. Mss.]

Σφυγμὸς, ὁ, Pulsus, i. e. Motus cordis et arteriarum dilatatione contractioneque factus; constat enim motus is duobus motibus inter se contrariis, quorum unus cor et ejus arteriam a medio quoquoversum distendit, et loco movet; alter distentum rursus contrahit, et in locum priorem reducit: illum, διαστολὴν, hunc, συστολὴν Gr. veteres dixerunt. Et quoniam contrarii sunt, necesse est inter eos media quies intercedat, eaque gemina: una, quæ diastolen, altera, quæ systolen excipiat. Ab iisdem differentiæ plurimæ pulsuum oriuntur. Cum enim certis quibusdam numeris ea in edendo pulsu sibi invicem succedere oporteat, si in aliquo peccetur, pulsum protinus varium fieri necesse est. Numeros autem appello non rhythmum modo, sed etiam velocitatem, magnitudinem, frequentiam, vehementiam, aliaque ejusmodi, e quibus pulsuum differentiæ sumuntur: quarum aliæ ab ipsa diastole sumi solent, nonnullæ a media quiete, quædam ab ipsa arteria, plurimæ ab ipsa facultate et usu. Hæc Gorr., ap. quem vide plura, cum ex aliis, tum e Gal., cujus etiam vide l. de Pulsibus, necnon et Theophili, qui σφυγμὸν esse dicit διαστολὴν καὶ συστολὴν ἀδιαίρετον ἀρτηρίας καὶ καρδίας: et διαστολὴν esse Arteriæ dilatationem sublationemque, συστολὴν vero, Ejusd. arteriæ summissionem et contractionem. Gell. 18, 10. eand. definitionem affert, dicens esse vett. Medicorum: addensque et hanc, Σφυγμός ἐστι παλμὸς ἢ ζέσις φλεβὸς ἢ ἀρτηρίας, ubi nota σφύζειν exponi per πάλλεσθαι et ζέειν. Ipse vero sic definit, Σφυγμὸς est Intentio motus et remissio in corde et in arteria naturalis, non arbitrarii. Σφυγμὸν autem interpr. Pulsum, dicens ibid., Venæ quidem suapte vi immobiles sunt, et sanguinis tantum demittendi gratia explorantur: arteriæ autem motu atque pulsu suo habitum et modum febrium demonstrant. Plin. appellat non modo Pulsum arteriarum et venarum, (ut et Tac., ubi ait, Manum complexus, venarum pulsum attigit,) verum etiam Percussum venarum, 7, 51. Venarum inæquabili aut formicante percussu. Gal. 1 ad Gl. dicit Σφυγμῶν κινήσεις, Motus pulsuum: at Gell. Motus et pulsus arteriarum. Item σφυγμῶν ἀναστητικὸν, de medicamento quo pulsus debilitatus et fere collapsus revocatur ac restituitur, ap. Diosc. 5. Aristot. Meteor. σφυγμὸν καὶ τρόμον, Pulsum et tremorem, terræ etiam tribuit: magis proprie Gal. τῇ φλεγμονῇ, ut et τὸ σφύζειν supra: ut cum ait, Ἐνίοτε δὲ καὶ μετὰ σφυγμοῦ συναισθήσεως, ὅταν ἐπὶ πλέον αὐξηθῇ τὸ νόσημα, καὶ μάλιστ' ἂν ἐκπυΐσκηται. Et Plut. Alex. Ἀπὸ φλεγμονῆς τῶν τόπων σφυγμοὺς ἐχόντων. Hes. σφυγμὸς exp. φλεγμονὴ, dicens proprie significare τὸν παλμὸν τῶν φλεβῶν. Vide et Σφυγμικὸς paulo post. [" Toup. Append. in Theocr. p. 22. Abresch. Lectt. Aristæn. 73. Wakef. S. Cr. 3, 158." Schæf. Mss. Σφυγμοὶ ἀναιδεῖς, Clem. Alex. 152. Ed. Par. 1641. * Σφυσμὸς, Aristot. de Respir. 20.] Σφυγμὴ vero a vett. nominatus fuit ὁ ἄτακτος σφυγμὸς, Pulsus inordinatus et incompositus, Gal. de Puls. [* Σφυγμοκράτης, unde * Σφυγμοκρατέω, * Σφυγμολόγος, Theod. Prodr. Ep. f. 73." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * Σφυγμομάχος, unde * " Σφυγμομαχέω, Theod. Prodr. in Lazerii Misc. 1, 52=Notit. Mss. 6, 547." Boiss. Mss.]

Σφυγμικὸς, Vim habens ciendi pulsus, In quo pulsus consistunt, Damasc. 43. Ἀνήκοον μὲν οὖν καὶ μὴ πειθόμενον λόγῳ ἐστὶ τὸ ζωτικὸν, ὃ καὶ σφυγμικὸν καλεῖται. Nam ὁ σφυγμὸς vitam moderatur, ut qui vel non aliud sit quam vita, aut causæ certe rationem obtineat, per quam vita est, aut sine qua esse non potest. Neque enim aliud vita esse videtur quam actio quædam s. motus activus. Cum autem motus plures sint in omnibus vita præditis, is merito præstantissimus est, et in eo maxime vitam positam esse censendum, qui perpetuus est, et a quo ceteri omnes dependent. Cujusmodi cordis motus est, cum reliquæ partes interdum ferientur eo perseverante, nec unquam (stante quidem vita) muneris sui vacationem habente. Nec vero cor sibi tantum motum illum ciet, sed corpori etiam universo, quod ita singulis partibus, quantum quæque meretur, calorem nativum, cujus opifex est, impertiat. Gorr. Item σφυγμικὴ δύναμις, Vis illa cujus beneficio arteriæ s. venæ σφύζουσι. [" Nemes. * Σφυγμικῶς, Pulsus more, Ruf. Eph. 54." Wakef. Mss.]

Σφυγμώδης, Qualis est in pulsu, seu, ut Bud. vertit, Pulsitans, Pulsui similis. Paul. Ægin. Ὀδύνη καὶ πόνος σφυγματώδης, Pulsitans: ut νυγματώδης, Punctitans, Lancinans; et alius διαΐσσων, quasi Ab imo ad summa erumpens. UNDE Σφυγμωδῶς, Gal. Ξανθὸν δὲ καὶ θερμὸν ἐξηκοντίζετο αἷμα σφυγμωδῶς, Veluti cum vena pulsu distenditur: de phlebotomia. Sed nota, in loco illo Pauli Æginetæ, quem Bud. ex eo affert, pro σφυγμώδης DICI Σφυγματώδης: a VERBALI Σφύγμα, significante i. q. σφυγμός: cujus tamen nullum reperi exemplum. Itidem et Gorr. Σφυγμώδης, inquit, sive σφυγματώδης ὀδύνη, Pulsatorius dolor: per se proprieque pertinens ad arterias, quod solæ pulsent: in homine quidem bene valente, citra dolorem: ubi autem oborta est vehemens inflammatio, aut affectus aliquis phlegmonodes, (ut erysipelas aut abscessus,) cum dolore. Nec vero ad ipsas modo arterias pertinet, sed ad partes etiam in quibus eæ continentur. Cujus doloris duæ sunt præcipuæ causæ, sc. cum ipsæ moventur, aut cum a re quapiam comprimuntur, sicut inflammato omnino musculo accidit. Vide plura ap. Eund. Item in Axiocho (p. 368.) Τὴν μὲν χαρὰν ἔχουσα φλεγμονῆς δίκην παλλομένην καὶ σφυγματώδη, Lætitiam habens palpitantem et micantem. [Vide Fischer. Ind. Æschin. Dial.: Plut. 10, 478. Alex. Trall. 2. p. 9.]

Σφύξις, ἡ, i. q. σφυγμὸς, Pulsus s. Percussus venarum et arteriarum. Dicitur et de Cordis palpitatione, Aristot. de Respir. 378. Ἡ δὲ συμβαίνουσα σφύξις τῆς καρδίας, ἣν ἀεὶ φαίνεται ποιουμένη συνεχῶς, ὁμοία φύμασίν ἐστι. Ibid. σφυγμὸν vocat. Bud.

[* Σφυκτὸς, unde * " Σφύκτουρις, ἡ, Qui custodit pulsum validum cordis, χλαῖνα, Hipponax ap. Tzetz. ad Lyc. 855." Kall. Mss.] Ἄσφυκτος, ὁ, ἡ, Non pulsans, Omni destitutus pulsu. Vel etiam, In quo pulsus tam exilis est et obscurus, ut omnino nequeat deprehendi. || Pro Minime astringens, Remotus, affertur ex Epigr. Quæ expp. mihi suspectæ sunt. [" Jacobs. Anth. 9, 510. Plut. Mor. 1, 520(=6, 502.)" Schæf. Mss.] Ἀσφυξία, ἡ, Privatio s. Defectio pulsus in toto animali. Cum enim nulla usquam arteria videtur moveri, atque hoc per totum animal accidit, proprie ἀσφυξία dicitur; neque enim uni parti competit. Quæ tamen, si rem ad veritatem exigas, in corpus vivum nunquam incidit, in quo una cum arteriis cor nunquam moveri desinit. Verum sæpe tam exilis est, a contrariis naturæ causis, aut tam occultus, propter multa corpora arteriis objecta, ut deprehendi omnino non possit, sicut in mulieribus hystericis. Quod si in quibusdam partibus arteriæ moveri videantur, in aliis vero immobiles sint, jam non ἀσφυξία erit, sed differentiæ species in longitudine pulsus, ut annotavit Gal. 1 de Præs. e Pulsibus. [Ab Ἄσφυκτος autem est ET] Ἀσφυκτέω, Pulsu destitutus sum, Venæ mihi conciderunt, Cels.; Arteriarum mearum pulsus adeo exilis et occultus est, ut deprehendi nullo prorsus modo queat. Diosc. Præf. 6. Λύζειν καὶ δάκνεσθαι καὶ τρέμειν, ἀφώνους τε εἶναι καὶ περιψύχεσθαι, σπᾶσθαί τε καὶ ἀσφυκτεῖν καὶ δυσπνοεῖν, Ut singultiat, erodatur, contremiscat, refrigeretur, obmutescat, convellatur, pulsus elanguescat, spiritus difficilis fiat, Ruell. [* Εὔσφυκτος, Aret. 3, 9. Gal. 8. p. 431. Εὐσφυκτότερος ἐν ταῖς ἐξαναστάσεσι. * Εὐσφυξία, Clem. Alex. 105=244=286. Aret. 82. * Κακόσφυκτος, unde * Κακοσφυξία, 21. Gal. 10. p. 471.] Μικρόσφυκτος, Cui parvus est pulsus et exilis, Cui venæ admodum exiliter moventur, ita ut pulsus ob suam exilitatem et obscuritatem deprehendi nequeat, Cui pulsus elanguit. Exp. etiam

Debilis. [* Μικροσφυξία, Exilitas pulsus arteriarum, Gal.]

[* Ἀποσφύζω, Gl. Prælumbo. * Διασφύζω, unde * Διάσφυξις, Hippocr. 383. Aretæus p. 119. Marcell. de Pulsib. Cod. Vindob. init. * "Ὑποσφύζω, Nilus Narrat. p. 13. Idem in Notis ad Herodian. Epimer. p. 115." Boiss. Mss.]

" Σφυδῶν, Validus, Robustus, Durus, Hes." [" Nempe σφυδῶν, participium verbi Σφυδάω, quatenus intransitivam habet signif., Hes. interpr. ἰσχυρὸς, εὔρωστος, σκληρός. Apud eund. Hes. est verb. comp. * Διασφυδῶσαι, (a * Σφυδόω,) quod activa notione exp. αὐξῆσαι, sc. Augere, Replere, Turgidum, Solidum et compactum reddere. Unde ἐσφυδωμένοι, ap. Athen. 246. e Timocle, sunt Repleti, Turgidi, Cibis largiter voratis distenti. Cf. Schweigh. ad Athen. l. c." Schw. Mss.]

ΣΦΥΡΑ, ἡ, Malleus, Instrumentum fabrile, Od. Γ. (434.) ἦλθε δὲ χαλκεὺς Ὅπλ' ἐν χερσὶν ἔχων χαλκήϊα, πείρατα τέχνης: sc., Ἄκμονά τε σφῦράν τ', εὐποίητόν τε πυράγρην, Οἷσίν τε χρυσὸν εἰργάζετο. Ubi priorem syllabam producit Hom., sicut et Hesiod. (Ἔργ. 2, 43.) Aristot. de Gener. Anim. 5, 8. Ἔνια πολύχρηστά ἐστι τῶν περὶ τὰς τέχνας, ὥσπερ ἐν χαλκευτικῇ ἡ σφύρα καὶ ὁ ἄκμων. Item, σφύρᾳ ἐλαύνουσι, Malleo adigunt. Sic Plut. (7, 274.) Σφύραις καὶ ἥλοις ἀρασσομένη, de navi quæ compingitur. Lucian. (1, 187.) Κατάκλειε τὴν δεξιὰν καὶ προσήλου, καὶ ἐρρωμένως τὴν σφύραν κατάφερε: quæ verba sunt Mercurii ad Vulcanum. Et ap. Suid. Δουριτυπῆ τε σφύραν. || Piscis quidam marinus, alio nomine dictus κέστρα, Hes., ap. quem ὀξυτόνως LEGITUR Σφυρά. Apud J. Poll. quoque utraque scriptura extat, in altera signif.; nam 7, c. 24. Πυράγραι, ἄκμονες, ῥαιστῆρες, σφύραι. Et mox accentu mutato, et in ultimam translato, Σφυραὶ δέ εἰσι σιδηραῖ, ἐκ θατέρου ὀξεῖαι. [Σφυραὶ, Gl. Tudices: Σφύρα· Malleum, Malleus, Martellus: Σφ. σιδηρᾶ· Marculus, Malleolus, Malleus: Ἡ σφ. χαλκέων· Marculus. " Toup. Opusc. 1, 268. 2, 240. Jacobs. Anth. 8, 165. 9, 156." Schæf. Mss. Marra, Aristoph. Εἰρ. 566. " Ab J. Poll. 7, 145. exp. τὸ μεταξὺ τῶν ἀρηρομένων (i. e. ἀροτριωμένων) ἀνέχον, καὶ * ὑποσφυρεῖσθαι οἱ ποιηταὶ τὸ * ὑπαρῶσαι λέγουσι: Lat. Porca, et Imporcare. (Vide Schn. ad Varron. 324.) Inscr. Phoc. ap. Walpole p. 460. " Ὅσα τραχέα ὄντα καὶ μὴ δυνάμενα γεωργεῖσθαι ὑπὲρ δέκα σφύρας." Schn. Lex. Suppl. Cf. Σφύρωσις, Ὁμόσφυρος. Scribitur σφῦρα in Schn. Lex.]

Σφυροκόπος, ὁ, Qui malleo percutit, tundit, Gen. 4, (21.) Σφυροκόπος χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου, Qui malleo æs et ferrum cudit s. procudit, [Gl. Malleator. " Brunck. Soph. 3, 437." Schæf. Mss. * Σφυροκοπέω, Malleo percutio et tundo, LXX. Judic. 5, 26. Schol. Aristoph. Α. 397. Eust. Il. Σ. p. 1201, 47. " Chrys. in Ep. 1. ad Cor. Serm. 20. T. 3. p. 371, 8. Ὅταν οὖν ἴδῃς * ὑλοκοποῦντα, σφυροκοποῦντα, ἠσβολωμένον, μὴ διὰ τοῦτο καταφρόνει." Seager. Mss. * Σφυροκοπία, Percussio quæ fit malleo, Opificium fabrile, Symm. Prov. 19, 29. * Σφυροκοπεῖον, Zonar. 1697. * Σφυροκόπανον, Gl. Malleolus. * Σφυρόκτυπος, Theod. Prodr. Ep. 105. * Σφυροκτυπέω, Schol. Par. ad Apoll. Rh. 2, 84. e corr. Schæferi. " Const. Manass. Chron. p. 100." Boiss. Mss.]

Τραγάκανθα, ἡ, Spina hircina, Genus Spinæ, Diosc. 2, 65. 3, 23. Theophr. H. Pl. 9, 1.: Plin. 13, 21. Ab hujus fruticis radice vulnerata manat lacryma pellucens, gracilis, lævis, sincera, subdulcis; quæ et ipsa dicitur τραγάκανθα, arteriacis medicamentis accommodatissima. [" Synes. 55." Wakef. Mss.]

Τραγέλαφος, ὁ, Hirquicervus, Animal hirco et cervo simile, s. Hirci et cervi figuram mixtam habens. Cujus tum alii meminere, tum Aristot. (Φυσ. 'Ακρ. 4, 1.) et Lucian. (1, 36.) nec non Plin., qui cum 8, 32. de cervis tractasset, caput sequens sic orditur, Eadem est specie, barba tantum et armorum villo distans, quem Tragelaphon vocant, non alibi quam juxta Phasin amnem nascens. || Τραγέλαφοι erant etiam Pocula quædam, ut testatur Athen. l. 11. duobus in ll. (p. 484. 500.): forsan inde sortita id nomen, quod tragelaphi figuram repræsentarent aliquomodo. [" Plato 6, 77. Bip. Inscr. Attica ap. Boeckh. Staatsh. 2, 304. Diod. S. 2, 51. Glossa ad Orig. Philoc. in Morellii Bibl. Ms. Gr. et Lat. 1, 59. Ἀλλ' ἡμεῖς ἴδομεν τραγέλαφον ἀπὸ Θρᾴκης ἐλθόντα εἰς τὸν οἶκον τοῦ Καίσαρος Βάρδα, ὃν ἐκάλουν * ζόμβρον, ὃς εἶχεν ἐλάφου μὲν προτομὴν, γένειον δὲ τράγου, ξανθὸν τὸ χρῶμα, μέγεθος βοὸς κ. τ. λ." Schn. Lex. " Ad Lucian. 1, 225. Toup. Opusc. 1, 362. ad Diod. S. 1, 163. Voss Myth. Br. 1, 161. ad Diod. S. 2, 278." Schæf. Mss.]

Τραγορίγανος SIVE Τραγορίγανον, Origanum hircinum, Fruticis nomen ap. Diosc. 3, 35. ubi masc. genere τραγορίγανος dicitur, sicut et ὀρίγανος masc. genere usurpatum reperitur. Neutro autem genere vocat τραγορίγανον Schol. Nicandri, Τραγορίγανον δέ ἐστιν ὄρειον, ὅπερ ἐσθίοντες οἱ τράγοι γίνονται κατω-

φερεῖς· διὸ οὕτως εἴρηται. Nominatum igitur τραγορίγανον ex eo, quod hirci ipsum comedentes ad libidinem fiant proniores. Nicander autem fem. genere 'A. 310. dixit, αὐαλέης τραγοριγάνου. Rursum neutro genere Plin. 20, 17. Tragoriganum similius est serpyllo sylvestri. UNDE Τραγοριγανίτης οἶνος, Vinum e tragorigano confectum, tragorigano conditum, Diosc. 5, 55.

Τραγῳδὸς, Qui cantando caprum meretur: erat enim tragœdiæ præmium caper, ut non solum testatur Serv., sed et Horat. innuit, cum in Arte Poëtica (220.) dixit, Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. Nec non Virg. in Palæmone sic scribens, An mihi cantando victus non redderet ille Quem mea carminibus meruisset fistula caprum? Si nescis, meus ille caper fuit: et mihi Damon Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat. Allegorice enim hic loqui putatur Poëta, et innuere tragœdiam quam a se conscriptam dederat uxori Vari Tragœdiarum scriptoris, quacum rem habere solebat: ipsa vero marito suo veluti a se compositam, (literatissima enim fuisse fertur,) Varus autem postea veluti suam recitavit. At ille, qui Auctor est libelli de Tragœdia et Comœdia, Initium, inquit, tragœdiæ et comœdiæ a rebus divinis est inchoatum, quibus pro fructibus vota solventes operabantur antiqui. Nam incensis jam altaribus et admoto hirco, id genus carminis, quod sacer chorus reddebat Libero patri, τραγῳδία dicebatur, vel ἀπὸ τοῦ τράγου, h. e. ab hirco, hoste vinearum, et cantilena, cujus rei ap. Virg. plena fit mentio; vel quod hirco donabatur ejus carminis poëta; vel quod ejus uter musti plenus solemne præmium cantoribus fuerat; vel quod ora sua fæcibus perlinebant scenici ante usum personarum ab Æschylo repertum: fæces enim dicuntur Græce τρύγες. Unde et Horat. de Arte Poët. (275.) Ignotum tragicæ genus invenisse camœnæ Dicitur, et plaustris vexisse poëmata Thespis, Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora. Et aliquanto post, de origine tragœdiæ, Nec deerant præmia, quibus ad scribendum doctorum provocarentur ingenia; sed et actoribus munera offerebantur, quo lubentius jucundo vocis flexu ad dulcedinem commendationis uterentur. Caper namque pro dono his dabatur, quia vitibus noxium animal habebatur: a quo tragœdiæ nomen exortum est. Nonnulli autem ex amurca, olei fæce, quæ est humor aquatilis, tragœdiam dici vocarique maluerunt. Athen. quoque l. 2. scribit, Tragœdiam primum vocatam fuisse τρυγῳδίαν, quoniam sc. κατὰ τὸν τῆς τρυγῆς καιρὸν inventa fuit in Icario Atticæ loco. Quibus adde Virg. G. 2. Non aliam ob culpam (sc. quam quod vites rodat,) Baccho caper omnibus aris Cæditur, et veteres ineunt proscenia ludi, Præmiaque ingentes pagos et compita circum Thesidæ posuere; atque inter pocula læti Mollibus in pratis unctos saliere per utres. Et Eust. 1769. e Paus. Οἱ παλαιοὶ τοπρῶτον τιμῶντες τὴν εὕρεσιν τοῦ οἴνου, ᾄδειν ἐφεῦρον, καὶ τοὺς ἑαυτῶν κωμήτας κακολογεῖν· ὅθεν ἐῤῥέθη καὶ τὸ κωμῳδεῖν· ὅτε καὶ τὴν λυμαινομένην ταῖς ἀμπέλοις αἶγα, φασὶν, ἆθλον τῆς ᾠδῆς προέθεντο· τοὺς δὲ ἀγωνισαμένους, κωμῳδοὺς ἐκάλεσαν, διὰ τὴν ἐπὶ τράγῳ δηλονότι ᾠδήν· καὶ οἱ νικήσαντες ἐνήλλοντο τῷ ἀσκῷ, καὶ ἦν τοῦτο ἀσκωλιάζειν. Hæc de etymo hujus vocab. τραγῳδὸς, et derivati ex eo τραγῳδία. In quibus etiam obiter NOTA 'Ασκωλιάζειν esse quod Virg. dicit, Unctos salire per utres, et Eust. ἐνάλλεσθαι τῷ ἀσκῷ. Porro τραγῳδοὺς proprie ajunt nominari τοὺς ὑποκριτὰς τῶν τραγῳδιῶν, Actores tragœdiarum, SICUT Κωμῳδοὺς, Actores comœdiarum, τοὺς τὰς κωμῳδίας ὑποκρινομένους: nec enim omnes qui fabulam aliquam conscripserant, eam etiam agere solebant; sed habebant Poëtæ suos histriones. AT Κωμῳδοποιοὺς vocari Ipsos poëtas comœdiarum, qui nimirum scripserunt eas, UT Τραγῳδοποιοὺς dici τοὺς τῶν τραγῳδιῶν ποιητὰς, Poëtas qui tragœdias conscripsere. Cujus discriminis auctor est Ammonius: non perpetui tamen. Nam τραγῳδὸς tam de Poëta quam de Actore tragœdiæ usurpatum reperitur. De Poëta ipso ap. Athen. 6. init. in hoc loco Diphili, 'Ως οἱ τραγῳδοί φασιν, οἷς ἐξουσία 'Εστὶν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις. De Actore tragœdiæ, ap. Plut. (6, 231.) Ὥσπερ οἱ τραγῳδοὶ χοροῦ, δέονται φίλων συνᾳδόντων ἢ θεάτρου συνεπικροτοῦντος. Sic alibi passim de utrisque dictum legitur, sc. et de Poëta Tragico et de Ipso tragœdiarum mimo: quomodo et Cic. dixit, Comœdum in tragœdiis, et tragœdum in comœdiis admodum placere vidimus. Nec non Idem dixit, Vox tragœdorum, i. e. Actorum tragœdiarum. [Gl. Cantator. "Ammon. 86. 138. Valck. Diatr. 182. Huschk. Anal. 243. Jacobs. Anth. 9, 454. Lucillius 81. Τραγῳδοῖς καινοῖς ἀγωνίζεσθαι, Valck. Diatr. 14. ad Lucian. 1, 426." Schæf. Mss. Athen. 459.]

UNDE Τραγῳδία, ἡ, dicitur ἡ ἐπὶ τράγῳ ᾠδὴ, sequendo etymon supra allatum. Sed passim pro Fabula ponitur quæ a tragœdo conscripta est: ut cum Plut. (9, 243.) dicit Athenienses ζημιῶσαι Φρύνιχον τραγῳδίᾳ διδάξαντα τὴν Μιλήτου ἅλωσιν. Et rursum (9, 138.) cum dicit Paulum Tragœdum septuaginta annos natum ὀκτὼ τραγῳδίας ἐν τέτταρσιν ἡμέραις διαγωνίσασθαι. Et Paus. Att. Τραγῳδίαν ὑποκρινάμενος τῶν καθ' αὑτὸν ἄριστα, Athen. 7. Συνθεῖναι τραγῳδίαν. Ac rursum Plut. (8, 856.) Æschylum τὰς τραγῳδίας ἐμπίνοντα ποιεῖν. Ubi συνθεῖναι τραγῳδίαν et ποιεῖν τραγῳδίαν idem sunt: sicut superiori ὑποκρίνεσθαι τραγῳδίαν vicinum est τὸ διδάξαι τραγῳδίαν: unde ap. Athen., τραγῳδίας διδάσκαλος, ut et ap. Plut., 'Ο τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς Θεόδωρος: qui etiam dicit καινὰς τραγῳδίας θεᾶσθαι, Novas spectare tragœdias. Est porro secundum Plat. Minoë τῆς ποιήσεως δημοτερπέστατόν τε καὶ ψυχαγωγικώτατον ἡ τραγῳδία, quam Aristot. Poët. sic definit, Ἔστιν οὖν ἡ τραγῳδία μίμησις πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας, μέγεθος ἐχούσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ οὐ δι' ἀπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. Idem Aristot. in eod. l. quatuor ejus species facit, πεπλεγμένην, παθητικὴν, ἠθικὴν, et τὴν τῶν ἐν ᾅδου. Ubi vide et de partibus tragœdiæ, de inventoribus, de materia, de incremento, de fine: item quod sit discrimen inter tragœdiam et epopœiam, quæ earundem similitudo. Præterea ibid. docetur tragœdiam rudiorem fuisse satyricam; patrem autem tragœdiæ, Homerum: fons enim is, e quo omnes quotquot sunt Poëtæ, hauserunt ea quæ conscripserunt. Vide et ap. Erasm. Chil. Tragœdias in nugis agere: item Erinnys e tragœdia. Ut plurimum certe circa res graves et atroces versabatur id fabulæ genus: quamobrem interdum pro δεινοπάθεια accipitur vocab. τῆς τραγῳδίας, teste Suida, qui in hunc sensum affert Proverbiale illud ex Aristoph. Πλ. (423.) Ἴσως 'Εριννύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας: item et hoc anonymon, παθοῦσα τραγῳδίας ἄξια. Quibus adde Polyb., de religionibus Romanorum loquentem, (6, 56, 11.) Τοῖς ἀδήλοις φόβοις καὶ τῇ τοιαύτῃ τραγῳδίᾳ τὰ πλήθη συνέχειν, Ejusmodi rerum exaggeratione tragica. Solent certe in tragœdiis introduci Erinnyes, quarum instigatione res levibus quibusdam initiis in tantam perturbationem assurgunt, ut Poëtæ boni et actores industrii, cum explicare argumenti exitum non possunt, ad Deum confugiant, et operam ejus ad compescendos componendosque tumultus poscant. Et huc referenda sunt ap. Latinos, Tragœdias excitare, movere. ["Lennep. ad Phal. 90. 261. Bentl. Opusc. 22. ad Charit. 226. Bergler. ad Alciphr. 196. Jacobs. Anim. 54. 249. ad Diod. S. 2, 323." Schæf. Mss. Plato Theæt. 8. Cf. Τραγικῶς. "Magnifica ostentatio, Stob. 279, 23." Wakef. Mss.] UNDE Τραγῳδάριον dimin. forma, quasi Tragœdiolam dicas, i. e. Parva vel Levis tragœdia. ["Diog. L. 352." Wakef. Mss.] Item et COMP. Τραγῳδοδιδάσκαλος ET Τραγῳδοποιὸς hinc derivata videntur. Dicitur enim τραγῳδοδιδάσκαλος, ὁ τὰς τραγῳδίας διδάσκων, Qui tragœdias docet: quo modo Athen. dicit ὁ τραγῳδιῶν διδάσκαλος. Itidemque τραγῳδοποιὸς vocatur ὁ τραγῳδιῶν ποιητὴς, Tragicus poëta, i. e. ὁ τραγῳδίας ποιῶν, Qui tragœdias facit, ut Cic. loquitur. Certe ap. Lucian. REPERITUR Τραγῳδιοδιδάσκαλος pro τραγῳδοδιδάσκαλος, (3, 126.) Μυρίας ἤδη τοῖς τραγῳδιοδιδασκάλοις ἀφορμὰς εἰς τὰ δράματα

τὸ τοιοῦτο παρέσχηται: ITIDEMQUE Τραγῳδιογράφος, Tragœdiarum scriptor, ap. Polyb. (2, 17, 6.) p. 48. Prius vero illud τραγῳδοδιδάσκαλος legitur ap. Isocr. Panath. (70.) ap. Aristot. Poët., et Athen. 15. Posterius autem τραγῳδοποιὸς pro τραγῳδιοποιὸς extat ap. Plat. Symp., ubi Socrates dicitur quosdam coëgisse fateri, Τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπίστασθαι ποιεῖν, καὶ τὸν τέχνῃ τραγῳδοποιὸν ὄντα, καὶ κωμῳδοποιὸν εἶναι, Eumque, qui artem scribendarum tragœdiarum factitet, scire etiam rationem scribendi comœdias. Dicit enim τραγῳδοποιὸν εἶναι pro ἐπίστασθαι τραγῳδίας ποιεῖν. Quid vero discriminis statuat Ammon. inter τραγῳδὸν et τραγῳδοποιὸν, supra in Τραγῳδὸς docui: quibus adde, τραγῳδὸν quidem dici interdum τὸν τραγῳδοποιὸν, Tragicum poëtam; at τραγῳδοποιὸν non itidem habere utramque τραγῳδοῦ significationem; hoc enim tam Actorem tragœdiæ quam Poëtam significat, τραγῳδοποιὸς autem de Solo poëta dicitur. [" Τραγῳδιογράφος, ad Horat. 512. Zeun., ad Diod. S. 1, 676. * Τραγῳδογράφος, ibid. Τραγῳδιοδιδάσκαλος, Τραγῳδοδιδάσκαλος, ad Mœr. 240. * Τραγῳδιδάσκαλος, Hemst. ad Plutum p. 89. Τραγῳδοποιὸς, Ammon. 86. 138. Valck. Diatr. 182. ad Dionys. H. 2, 885. Τραγῳδιοποιὸς, ibid." Schæf. Mss. Τραγῳδοδιδάσκαλος, Aristoph. Θ. 88. Τραγῳδοποιὸς, 30. " Eratosth. 33." Wakef. Mss. " Clem. Alex. 406. 423. Τραγῳδιοποιὸς, Orig. c. Cels. 345. (335.)" Kall. Mss. Athen. 344. 679. * Τραγῳδοποιέω, unde * Τραγῳδοποιΐα, Sexti Disput. Antiscept. 626. * Τραγῳδοποιητὴς, Suid. v. Θέογνις, Eudocia p. 228.]

Porro a Τραγῳδὸς DERIV. ET Τραγῳδικὸς, Pertinens ad tragœdum, Tragœdorum proprius, Aristoph. B. (769.) de Æschylo, Ἐκεῖνος εἶχε τὸν τραγῳδικὸν θρόνον, Ὡς ὢν κράτιστος τὴν τέχνην, Πλ. (424.) Βλέπει γέ τοι μανικόν τε καὶ τραγῳδικὸν, Tragicum tuetur, θρηνώδες καὶ οἷον ἐν ταῖς τραγῳδίαις οἱ ποιηταὶ εἰσάγουσι: plerumque enim horrendi et flebiles casus in tragœdiis proponuntur. [* Τραγῳδικῶς, Eust. ad Il. Z. 168. " Porson. Med. p. 19." Schæf. Mss.] Sed notandum pro hoc τραγῳδικὸς ut plurimum DICI Τραγικὸς, quemadmodum κωμικὸς pro κωμῳδικός: velut Athen. 5. memorat πρόσωπα σατυρικά τε καὶ κωμικὰ καὶ τραγικὰ, 12. τραγικὰς στολάς: 14. τῆς σκηνικῆς ποιήσεως dicit tres esse ὀρχήσεις, sc. τραγικὴν, κωμικὴν, et σατυρικήν. Item Lucian. (1, 48.) dicit ἄγγελον τραγικὸν, Nuntium tragicum, Οὐδὲν ἀγγέλου τὰ ἄλλα τραγικοῦ διαφέρων, (3, 126.) Ὑπὸ τραγικοῦ δαίμονος, Plut. Ἐκ τραγικῆς τινος κατάρας. Idemque τραγικὰ πάθη dicit, ut et Athen.: et in Symp. Σφάλματα οὐκ οἰκτρὰ καὶ τραγικὰ καὶ μεγάλας ἀποτεύξεις ἔχοντα. Ubi nota eum τραγικὰ copulasse cum οἰκτρὰ, sicut τραγικὸν et περιπαθὲς conjunxit, dicens in Vita Alexandri Magni (75.) Ταῦτά τινες ᾤοντο δεῖν γράφειν, ὥσπερ δράματος μεγάλου τραγικὸν ἐξόδιον καὶ περιπαθὲς πλάσαντες: solent enim τραγικὰ dici τὰ δεινὰ, et quæ horrenda sunt; ut Erasm. quoque docet in Prov. Tragicum malum, Tragicæ execrationes, Tragicum tueri. Alioqui τραγικὰ dicuntur etiam Quæ gravia sunt et talia quæ tragœdos deceant: ut illa ap. Virg. Sophocleo digna cothurno carmina. Aristot. Poët. Διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικὸν, Eo quod nimis tragicam gravitatem resipiant. Et τραγικώτερον Plut. (6, 392.) adverbialiter, Ἵνα σοι καὶ τραγικώτερον λαλῶ. Q. l. citans Erasm. Chil. τραγικῶς λαλεῖν esse dicit, Verbis uti magnificentioribus: quoniam sc. Tragicorum character est sublimis, amatque tragœdia ampullas et sesquipedalia verba. Ita et Cic. Sed hæc tragica atque divina: faceta autem et urbana innumerabilia ex una concione meministis. Sicut vero idem Cic. de Clar. Orat. Grandis, et, ut ita dicam, Tragicus, ita Aristoph. Εἰρ. (136.) Οὐκοῦν ἐχρῆν σε πηγάσου ζεῦξαι πτερὸν, Ὅπως ἐφαίνου τοῖς θεοῖς τραγικώτερος, Schol. ἀξιοπιστότερος. At τραγικώτατος μῦθος affertur pro Tragœdiis celebratissima fabula. Ita ut τραγικὸς significet non solum Qui tragicorum est, Tragicorum proprius, sed etiam Conveniens tragicis, Decens tragicos, Dignus tragicis, Qualis in tragœdiis fingi solet. Ac priore quidem dicitur modo τραγικὴ σκευὴ, itemque ap.

A Athen. (182.) τραγικοὶ αὐλοὶ, Tibiæ quarum in tragœdiis usus est; nec non τραγικὴ σκηνὴ ap. Suid., quod esse dicit πῆγμα μετέωρον, ἐφ' οὗ ἐν σκηνῇ θεῶν τινες παριόντες ἔλεγον, alio nomine μηχανὴ vocatum. Posteriore autem, τραγικὸν πάθος supra, et ap. Latinos Tragicum scelus, pro Dignum tragœdia, s. Quale in tragœdiis decantatur. Præterea τραγικὸς ὑποκριτὴς dicitur, (Liv. Artisoni cuidam tragico actori,) i. e. τραγῳδιῶν ὑποκριτής. At paulo aliter Plut. (6, 185.) Ὅλως τραγικός ἐστιν, οὐ σατυρικὸς, φιλίας ὑποκριτὴς, οὐδὲ κωμικὸς, Tragicum actorem in simulanda amicitia agere novit, non satyricum, nec comicum. I. e. Tragica quadam gravitate novit simulare et agere amicum. Sic τραγικὸς ποιητὴς, ut et Ciceroni Tragicus poëta, i. e. τραγῳδοποιὸς s. τραγῳδός. Æschin. (86.) Εἴ τις τῶν τραγικῶν ποιητῶν τῶν μετὰ ταῦτα ἐπεισαγόντων, ποιήσειεν ἐν τραγῳδίᾳ τὸν Θερσίτην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων στεφανούμενον. Frequentius omisso subst. dicitur οἱ τραγικοὶ pro οἱ τραγικοὶ ποιηταὶ, sicut Lat. quoque Tragicos dicunt pro Tragicos

B poëtas: ut ap. Aristot. Poët. et in Rhet., qui rursum in Poët. dicit Euripidem videri esse τραγικώτατον τῶν ποιητῶν, Maxime tragicum, i. e. Tragica gravitate ac magnificentia superare ceteros Poëtas. ITEM Τραγικὴ reperitur pro ἡ τραγικὴ ποίησις, i. e., ut Horat. loquitur, Tragica camœna: ut ap. Aristot. Rhet. 3. Καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν ὀψὲ παρῆλθεν, (sc. ἡ ὑπόκρισις,) ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοὶ τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τοπρῶτον. Nisi malis ibi subaudire σκηνή. [" Τραγικὸς, Huschk. Anal. 243. ad Lucian. 2, 24. 31. Tragœdus, ad Mœr. 113. Τραγικὴ λέξις, T. H. ad Plutum p. 98. Caprinus, ad Lucian. 2, 716. ad Ammian. Marc. xix. init., Plut. 2, 738. Reisk. (Pyrrho 11.)" Schæf. Mss., Meletem. ad Dionys. H. 128. ad Longum 413=123. δυσωδία. * Τραγικολόγος, unde * " Τραγικολογία, Thom. M. Add. ad 908." Schæf. Mss.] " Αὐτοτραγικὸς πίθηκος, affertur pro " Tragica simia, e Dem." [307., ubi conjunctim legitur * Αὐτοτραγικοπίθηκος.] Τραγικῶς, Tragice, Tragicorum more, Ita ut tragicos decet. Cujus

C signif. exemplum paulo ante attuli, sc. Τραγικῶς λέγειν: cui simile hoc Greg. Naz. Epist. quadam, Ἀλλ' οὐκ ἦν, οἶμαι, πράττοντα τραγικῶς, πανηγυρίζειν κωμικῶς, i. e. Cum essem constitutus in τραγικοῖς πάθεσι. [Plut. 8, 248. Theseo 2. Popl. 10. τρ. οἰκεῖν, Splendide. " Τραγικῶς λέγειν, vel uno verbo τραγῳδεῖν in oratore idem est, quod αὐξητικῶς λέγειν, fitque duobus modis: 1. res valde magnas verbis paucis exponere debemus, ut orationem magnitudinem rei assequi non posse significemus; nam res magnæ verborum dilatatione minores fiunt: 2. res parvas tractare debemus περιττῶς, atque exaggerare dicendo. Utrumque genus τραγῳδεῖν et τραγικῶς λέγειν dicitur ap. Hermog. περὶ Μεθ. Δειν. 66.: ad q. l. Greg. 33. Τὸ τραγικῶς λέγειν ἐστὶ τὸ μετὰ πάθους ἐκφράζειν τὰ πράγματα καὶ ἐλεεινολογεῖσθαι· τραγῳδία γάρ ἐστι συμφορῶν μετὰ θρήνου ἀπαγγελία, ἔργον δὲ τραγῳδίας, πάθος κινεῖν καὶ εἰς θρήνους καὶ δάκρυα. Huc pertinet, quod Philostr. in Vita Hippodromi Soph. Nicagoram refert tragœdiam dixisse σοφιστῶν μητέρα. Idem in

D Vita Scop. 518. Προσέκειτο μὲν οὖν ἅπασι ποιήμασι· τραγῳδίας τε καὶ ἐνεφορεῖτο ἀγωνιζόμενος πρὸς τὴν διδασκάλου (Æschinis) μεγαλοφωνίαν. Hanc e tragœdiarum tractatione Æschinem nactum Demosthenes quoque agnoscit. Quare et Philostr. de Adriano 590. τῆς μεγαλοφωνίας ἐξέπεσε, ἀταμιεύτως τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. " Τραγικώτερον, Menandri Fragmm. p. 260. λαλεῖν, Tragicis verbis exprimere." Schleusn. Mss. " Clem. Alex. 589. Schol. Aristoph. Πλ. 39." Kall. Mss. * Τραγικώδης μῦθος, Tragica s. Tristis, Tragœdia digna fabula, Palæph. 41, 1. " Mich. Apost. Prov. 2, 72." Schleusn. Mss. Bast. Ep. Cr. 23.] Inde et VERB. Τραγικεύομαι, Tragice loquor, Schol. Aristoph. [" Πλ. p. 13. 198. Hemst." Schæf. Mss. * Παρατραγικεύομαι, Schol. Aristoph. Σφ. 1478.]

Ceterum ut redeam ad derivata e τραγῳδὸς, restat VERB. Τραγῳδέω, Tragœdia decanto, Plut. Alex. (35.) Τὸ τῆς Μηδείας φάρμακον, ᾧ τὸν τραγῳδούμενον στέφανον καὶ τὸν πέπλον ἔχρισεν. Exp. etiam Tra-

gice decanto, ut in hoc loco, qui e Luciano affertur, Ταῦτα πάντα τραγῳδεῖν ἔοικε. Sic accipi potest et ap. Dem. (229.) Οὗσί γε τηλικούτοις ἡλίκα νῦν ἐτραγῴδει καὶ διεξῄει. Nisi malis, Tragice exaggerabat; aut etiam, Tragice vociferabatur, exclamabat: Greg. Naz. Epist. quadam ad Basil. Ὦ γῆ καὶ ἥλιε, ἀὴρ καὶ αἰθήρ· τραγῳδήσω γάρ τι μικρόν. In VV. LL. τραγῳδῶ non solum Tragice decanto, sed etiam Atrociter cano, Vociferor, Deploro, Tragice ostento, Tragœdias ago s. scribo. In Iisd. affertur et τετραγῳδημένον pro Tragicis fabulis persimile. [" Lennep. ad Phal. 91. Wakef. S. Cr. 3, 178. Ion. 199. Diod. S. 1, 354. 2, 616. Boiss. Philostr. 557. 596. bis." Schæf. Mss. Schol. Theocr. 1, 19. * Τραγῴδημα, Schol. Aristoph. Θ. 420. " Eumath. 297. 302." Boiss. Mss. * Τραγῳδητής, Schol. Theocr. 4, 30. * Τραγῳδητοὶ, Gl. Cantatores.] UNDE Ἀτραγῴδητος, ὁ, ἡ, Qui tragice decantatus aut exaggeratus non est, Tragico fastu et ostentatione carens, Lucian. (1, 674.) Ὁρῶ δὲ ὡς τῦφος ἐν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς, ἀτραγῴδητα δὲ πάντα, καὶ πεζὰ καὶ δημοτικά. (In VV. LL. affertur ETIAM Ἀτραγῴδης, pro Qui tragœdiam non imitatur, Tragœdiæ non similis, Indecens; sed sine exemplo.) [* " Ἀντιτραγῳδέω, Theod. Prodr. 26." Elberling. Mss. * Διατραγῳδέω, Osann. Philem. 261.] Ἐκτραγῳδέω ET Ἐπιτραγῳδέω significant Tragice decanto vel exaggero, itidem ut simplex τραγῳδέω: nisi quod præp. significationem aliquantum auget. Bud. 845. ἐκτραγῳδεῖν exp. Cum ingenti commiseratione narrare, afferens in exemplum Greg. Naz. Τί ἂν πάντα ἐκτραγῳδοίην τὰ ἡμέτερα, οὐκ ἀρκοῦντος τοῦ λόγου τῷ πάθει; Itidem ἐπιτραγῳδεῖν interpr. Tragice aliquid narrare, ap. Theophr. (H. Pl. 9, 8, 5.) Τὰ δὲ καὶ ἐπιτραγῳδοῦντες λέγουσι, sc. οἱ ῥιζοτόμοι. Hes. vero ἐκτραγῳδεῖ exp. ἀποιμώζει, ἀποθρηνεῖ. Rursum ἐκτραγῳδεῖν Bud. poni ait et pro Admirationem ciere, Ita narrare ut in admirationem evadere rem velimus: velut ap. Polyb. (6, 56, 8.) loquentem de religionibus Romanorum, quam δεισιδαιμονίαν vocat, Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐκτραγῳδεῖται καὶ παρεισῆκται τοῦτο τὸ μέρος παρ' αὐτοῖς, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν, i. e., inquit, In admirationem et terrorem vertitur, et mirifice commemoratur ab iis, qui ea tractarunt, quæ ad cultum et cerimonias deorum attinent. Quomodo Idem τραγῳδίαν vocat Admirationem ac terrorem religionis injectæ populo ab auguribus et pontificibus, Τοῖς ἀδήλοις, inquit, φόβοις καὶ τῇ τοιαύτῃ τραγῳδίᾳ τὰ πλήθη συνέχειν. Idem Bud. ἐκτραγῳδεῖν, inquit, est Tragice augere et amplificare, Polyb. (6, 15, 7.) Καὶ μὴν τὰς ἐπιτυχίας τῶν ἡγουμένων ἐκτραγῳδῆσαι καὶ συναυξῆσαι. Sic et in illo Theophr. loco ἐπιτραγῳδοῦντες interpr. quidam Exaggerationibus utentes tragicis: qui etiam addunt, ἐκτραγῳδεῖν et ἐπιτραγῳδεῖν esse, quod Cic. dixit Tragœdias in nugis agere, i. e. Nugas tragice exaggerare. Quibus adde Plut. Pericle, Ἐπιτραγῳδεῖ τούτοις, πολλὴν ὠμότητα τοῦ Περικλέους κατηγορῶν, Tragice hoc exaggerat, et Periclem crudelitatis accusat ingentis. Philo V. M. 1. Ἐν μὲν ἐσθῆσι καὶ τροφαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ δίαιταν οὐδὲν ἐπιτραγῳδῶν πρὸς σεμνότερον ὄγκον, Turn. Nihil ad fastum et speciem ambitiose exquirens. Idem Philo de Mundo dicit, Τῶν ἐπιτραγῳδουμένων θεοῖς μύθων, pro, Quas diis poëtæ singulis affictas fabulas decantarunt. Ceterum in ἐπιτραγῳδῶ alicubi etiam videtur ἐπὶ i. esse q. πρὸς in προστραγῳδῶ. [" Ἐκτραγῳδέω, Lucian. 1, 702. Toup. Opusc. 1, 475." Schæf. Mss. Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 2, 124. 132. * " Προσεκτραγῳδέω, Insuper tragice exaggero, Orig. c. Cels. 2. p. 75(=409.)" Seager. Mss. * Ἐντραγῳδέω, Lucian. 3, 402. 605. " Ἐπιτραγῳδεῖν, Tragico more exaggerare rem, quod fit magnifica, tropica, figurata dictione, cui opponitur simplex et vulgaris et sedata oratio, Dionys. Jud. Thuc. 28. p. 883(=308.) Ἐπιτραγῳδεῖν τὰς τῶν Ἑλλήνων συμφορὰς, καὶ τὴν διάνοιαν ἐξαλλάττειν ἐκ τῶν ἐν ἔθει. Huic dicendi generi opponit τὸ ἐν τῷ κοινῷ καὶ συνήθει τῆς διαλέκτου τρόπῳ τὰ πραχθέντα δηλοῦν." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.: Heliod. 2. p. 112. Τούτῳ τῷ δράματι ἕτερον πάθος ὁ δαίμων ἐ. Theophr. H. Pl. 9, 8, 5. Τὰ μὲν οἰκείως, τὰ δ' ἐπιτραγῳδοῦντες λέγουσι.] " Προσεπιτραγῳδεῖν, Tragice insuper amplifico: Suidæ δειλολογῶ, in hoc loco, Δεδιὼς μὴ πολλαπλασιάσαντες τὸ προτέρημα, καὶ προσεπιτραγῳδήσαντες, καταπλήξωνται τοὺς ἐν τοῖς Τυάνοις." [* " Κατατραγῳδέω, Lennep. ad Phal. p. 90." Schæf. Mss. " Eumath. (150.) 205. (240.) 269. 373." Boiss. Mss. Achill. Tat. 6, 4.] RESTANT Παρατραγῳδέω ET Προστραγῳδέω, idem cum præcedentibus significantia. Nam παρατραγῳδῶ exp. et ipsum Tragice exaggero s. exclamo, Granditate verborum tragica rem effero. Qua voce pro Latina usus est Plautus Pseudolo, dicens, Illic homo est; vide ut paratragœdiat carnifex. [" Eichst. de Dram. 51. Kuster. Aristoph. 121." Schæf. Mss.] Προστραγῳδῶ autem Tragice exaggerans addo, Strabo (1168.) Προστραγῳδῶν δὲ τούτοις Καλλισθένης. Exp. vero hoc προστραγῳδῶ non solum Tragice aliquid addo, s. Tragica grandiloquentia aliquid addo, sed etiam Tragice alloquor. [Longin. 7, 1. Joseph. B. J. 7, 11, 2. * Προτραγῳδέω, Schol. Eur. Hipp. 601. * " Συντραγῳδέω, Una tragœdiam ago, Lucian. Pseudom. 1, 755(=2, 220.) Συντραγῳδήσων, μᾶλλον δὲ πρωταγωνιστὴς ἐσόμενος." Maii Obs. 4, 227. Plut. 9, 88. Themist. 24. " Ad Hesych. 2, 1406, 14." Dahler. Mss. * " Ὑποτραγῳδέω, Schol. Lucian. Jov. Trag. 1. Nicet. Eugen. 5, 2." Boiss. Mss. Philostr. V. S. 1. p. 507. " Eichst. de Dram. 51." Schæf. Mss.]

E Τραγῳδὸς præterea COMP. Παρατράγῳδος, quod exp. Tragicus, ut i. sit q. τραγικὸς s. τραγῳδικός. Plut. certe (6, 21.) dixit τὴν θεατρικὴν καὶ παρατράγῳδον λέξιν, Theatricam et tragicam; vel etiam Quæ veluti tragica est, et apta spectaculis ac pompis. [" Παρατραγῳδὰ, Vitiose tragica, Quæ tragicæ formæ modum excedunt, Longin. 3. Huc et pertinet, quod Cic. dicit Tragœdias agere in nugis, de Orat. 2, 51. et Quintil. 6, 1. in parvis litibus tragœdias movere. Sed vide quæ dicta sunt ad v. Τραγικῶς λέγειν." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.] Ad cujus imitationem ἀτράγῳδος dici posset pro ἀτραγῴδητος, Qui tragicus non est, Tragica granditate s. gravitate carens, [Aristot. Poët. c. 25. * Ἀτραγῴδως, M. Anton. 1, 16.]

[* Τραγῳδίζω, unde " Τετραγῴδισμαι, Psell. de Dæmon. p. 26." Boiss. Mss.]

Ἐπιτραγία, ἡ, Veneris cognomen, ex eo inditum ipsi, quod cum Theseo Oraculum Delphicum præcepisset, ut Venerem itineris ducem sibi faceret, et comitem adjungeret, ipseque captam ad mare immolaret, (fortassis ut deam sibi conciliaret,) capra fortuito in caprum transierit, Plut. Theseo (18.) Λέγεται δὲ αὐτῷ τὸν ἐν Δελφοῖς ἀνελεῖν θεὸν, Ἀφροδίτην καθηγεμόνα ποιεῖσθαι καὶ παρακαλεῖν συνέμπορον· θύοντι δὲ πρὸς θαλάσσῃ, τὴν αἶγα θήλειαν οὖσαν, αὐτομάτως τράγον γενέσθαι· διὸ καὶ καλεῖσθαι τὴν θεὸν Ἐπιτραγίαν. AT Ἐπιτραγέαι, Epitrageæ, pisces esse dicuntur ap. Aristot. H. A. 4. [* Ἐπιτραγίαι, Schn. Lex.]

Ἐπίτραγος, ὁ, Vitium vitis dicitur, cum carbunculatur. Ita enim J. Poll. 7, (152.) Οἱ δὲ καλούμενοι νῦν τῶν ἀμπέλων ἐπίτραγοι, θυμάλωπες: qui θυμάλωπες Eidem alibi (10, 101.) sunt ἡμίκαυτοι ἄνθρακες, Semiusti carbones. Carbunculum et Carbunculationem Plin. vocat. [Dionys. Hal. Epit. 17, 2. Etym. M. v. Ἐπιφυλλίδες.]

[* " Ἡμίτραγος Πᾶν, Semicaper, Planud. Ovid. Met. 14, 515." Boiss. Mss. * " Πρότραγος, Tzetz. Chil. 9, 535." Elberling. Mss.]

Τράγειος, Hircinus: κρέα, Hircinæ carnes, sicut ὕεια dicuntur Suillæ s. Porcinæ. [Τράγειον κρέας, Gl. Hircina, " Dio Chrys. 1, 235." Wakef. Mss.]

Τράγεος, ὁ, idem. Unde Τραγέη δορὰ, Hircina pellis, Pellis hirco detracta. [" Autom. Epigr. 7." Wakef. Mss.] Pro quo sine adjectione substantivi DICITUR Τραγέη, ut ἀρκτέη, λεοντέη, pro ἀρκτέη δορὰ, λεοντέη δορά. Plut. (7, 181.) Τινὲς δὲ κώδια καὶ τραγέας τοὺς ἀνθρώπους φοροῦντας, καὶ τὰ πλεῖστα συνόντας αἰπολίοις, γενέσθαι δυσώδεις, Ex eo quod hircinas gestarent pelles. Item pro hoc τραγέη USURPATUR Τραγῆ contractum, ut ap. Suidam e quodam

Anonymo, *Τραγῆν ἐνημμένος μέλαιναν*, Nigram hirci pellem; seu, ut ipse exp., *αἰγίδα*: quod signif. potius Caprinam pellem: ut *ἀρνακὶς* denotat Pellem agninam. [" Ad Timæi Lex. 256. Act. Traj. 1. p. 252." Schæf. Mss. " Eust. Il. 209, 8." Wakef. Mss. Τραγέα, Τραγῆ, Lobeck. Phryn. 78.] UNDE Τραγηφόρος, Hircinam pellem gestans. Hes. *τραγηφόρους* dici scribit *τας κόρας, αἱ Διονύσῳ ὀργιάζουσαι τραγῆν περιήπτοντο*, Puellas, quæ Bacchica orgia peragentes hircinis amiciebantur pellibus.

[* Τράγινος, η, ον, Anal. 2, 297. *κύραι*, pro *τράγου*, " Jacobs. Anth. 9, 358." Schæf. Mss.]

Τραγίσκος, ὁ, Hirculus, i. e. Hircus juvenculus, Hircus parvulus, etiam Hædus, Theocr. [5, 141. " Epigr. adesp. 40." Schæf. Mss. Piscis, Marc. Sidet. 23.]

Τράγαιναι dicuntur Capræ, quæ et masc. et fem. sexus genitalia habent, quales in humano genere sunt hermaphroditi, Aristot. de Gener. Anim. 4. Τὰ *δὲ καὶ δύο ἔχοντα αἰδοῖα, τὸ μὲν, ἄῤῥενος, τὸ δὲ, θήλεος, καὶ ἐν ἀνθρώποις, καὶ μάλιστα περὶ τὰς αἶγας· γίνονται γὰρ ἃς καλοῦσι τραγαίνας, διὰ τὸ θήλεος καὶ ἄῤῥενος ἔχειν αἰδοῖον*. Hircas aut Hirquicapras ficto nomine dicere queas. Plinio hoc quadrupedum genus admodum insolens videtur: quamobrem sic scripsit 11, 49. Hermaphroditis utriusque sexus assimulatio: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subjunctas carpento suo equas, in Treverico Galliæ agro repertas.

Τράγιον SIVE *Τραγεῖον*, ut ap. Hes. scribitur, Herbæ species est, ita nominatæ quoniam ejus folia *κατὰ τὸ φθινόπωρον προβάλλει τράγου ὀσμὴν*, Diosc. 4, 49. ubi etiam tradit, Τὰς *ἀγρίας αἶγας τοξευθείσας καὶ νεμηθείσας τὴν πόαν, ἐκβάλλειν τὰς ἀκίδας*. Duas autem ejus species constituit, quas ibi vide. Adi et Plin. 13, 21, (36.); 27, 13, (115.) ubi non tantum Tragion ab eo dicitur, sed etiam Tragonis. Ibid. Tragi herbæ meminit, et Tragopogonis. [Sprengel. Hist. Rei Herb. 1, 185.]

Τραγίζω, Hircum refero. Interdum vero signif. Hircum libidine refero, imitor lascivia. Est enim salacissimum animal: quamobrem Lat. Hircum vocarunt etiam hominem libidinosum, Plaut. Propter operam illius improbi hirci edentuli. Quod convitii genus hodieque Italica lingua retinet. Interdum autem Hircum fœtore refero, Hircum oleo. Interdum utrumque, sc. Et odore et lascivia hircum imitor: ut ap. Hippocr. de juvenibus, *Ἐπὴν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται ἢ τραγίζειν*, Cum venerem experiri cœperint, aut hircina libidine eam appetere, atque olere hircum: quod etiam *ὀργᾷν* et *σφριγᾷν* dicitur, et ap. Latinos peculiarius de feminis Catullire. Nisi forte id de voce accipiendum; nam *τραγίζειν* dicuntur etiam juvenes, cum pubertatem attingentes vocem ex acuta in gravem et asperiorem mutant: quo tempore etiam veneris sentire stimulos incipiunt: ut Aristot. H. A. 7, 1. Περὶ *δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἥ τε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ τὸ τραχύτερον καὶ ἀνωμαλέστερον, οὔτε τι ὀξεῖα οὖσα, οὔτε πω βαρεῖα, οὔτε πᾶσα ὁμαλὴ, ἀλλ' ὁμοῖα φαινομένη ταῖς παρανενευρισμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς· ὃ καλοῦσι τραγίζειν*. Quo respexit Censorin. de Die Natali, c. 5. In secunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem crassiorem et inæquabilem fieri: quod appellat *τραγίζειν*, antiqui nostri Hirquitallire: et inde ipsos putant Hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat. Nec vero tantum ab odore isto hircino vocantur hirquitalli et *τραγίζοντες*, sed etiam ab hircina lascivia: ut patet e Pompeio Festo, cum ait, Hirquitalli, pueri primum ad virilitatem accedentes: a libidine sc. hircorum dicti. Alioqui simpliciter accipitur pro Hircum oleo, Hircosus sum: ut Plautus Hircosum senem dicit, qui hirci in modum fœteat: ut ap. Diosc. de cassia, *Ἀποδοκίμαζε δὲ τὴν τραγίζουσαν ἐν ὀσμῇ*, Quæ hircinum virus oleat, *τὴν βρωμῶδες ὄζουσαν*: quod et *κιναβρᾷν* dicitur. [" Jacobs. Anth. 10, 188." Schæf. Mss. " Hippocr. 1175." Wakef. Mss. Aristot. de Gen. Anim. 5, 7.] UNDE *Ὑπερτραγίζω*, Supra modum oleo hircum, Vehementissime redoleo hircinum virus, Diosc. 1, 6. *Ὑπερτραγίζει τῇ ὀσμῇ*, Hircorum virus supramodum obolet, Odore est supramodum hircoso. Itidemque l. 2. de nardo. AT *Τραγιστὴς* longe diversam habet signif., siquidem Hes. *τραγιστὰς* exp. *τοὺς τὰ ἱερεῖα κλέπτοντας*, Eos qui victimas furantur, i. e. Sacrilegos. Proprie tamen in eum diceretur *τραγιστὴς* Qui hircum immolandum s. immolationi destinatum surripuisset.

Τραγάω, i. q. *τραγίζω*, veluti cum juvenes *τραγᾷν* dicuntur, ut *τραγίζειν*, qui pubertatis annos ingressi incipiunt mutare vocem, hircorum virus olere, et eorum libidinem imitari, ut Alex. Aphr. Probl. 1, 125. quærit, *διὰ τί ἡβάσκοντα παιδία τραγᾷ περὶ ιδ' ἔτος*, Cur pueri pubescentes, circa decimum quartum ætatis suæ annum hirquitalliant? Sic enim Lat. loquuntur, ut in Τραγίζω docui. Et paulo post subjungit, eam ætatem comitari etiam *τὴν τῆς φωνῆς τραχύτητα*: idque vocari *βράγχος τραγᾷν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τράγων οὕτως κραζόντων*: quoniam sc. *ἐν τῷ εὐρύνεσθαι τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐξ ἀρχῆς, συμβαίνει τὰ μὲν αὐτῆς μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον εὐρύνεσθαι*: atque eam ob rem *τὸ πνεῦμα διὰ τῶν μερῶν τούτων ἐξιὸν, καὶ ὥσπερ προσκόπτον διὰ τὸ ἀνώμαλον τῆς ὁδοῦ, καὶ τὴν φωνὴν ἀνώμαλον ἐργάζεται καὶ τραχεῖαν καὶ βραγχώδη*: quod et in catarrhis accidit: *μετὰ δὲ τὸ τῆς ἥβης ἔτος*, inquit ibid. circa finem illius Probl., *τὸ τραγᾷν παύεται λοιπὸν, τῆς τραχείας ἀρτηρίας διὰ παντὸς εὐρυνθείσης τελέως, καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀπολαβούσης ὁμαλότητα*. Perperam tamen ibi pro *τραγᾷν* LEGITUR *Τρυγᾷν*. ‖ Apud Theophr. autem vites *τραγᾷν* dicuntur, Quæ fructu carentes fronde luxuriant, et pauperiem fœtuum compensant ubertate foliorum, (sic enim hoc vitium notat Pallad. in Nov. c. 9.) quod Constant. Geop. vocat *ὑλομανεῖν*. Existimatur autem esse metaph. ab hircorum natura, qui cum veneri dediti sunt, macriores sunt et semine magis abundant; ubi vero obesiores facti sunt, fiunt ad gignendum quoque tardiores minusque fœcundi: sicut nimirum soli ubertas vitibus est infœcunditatis causa, efficitque ut sine fructu luxurient et minus se profundant: quod Aristot. quoque indicat de Gener. Anim. 5, 18. Ὅμοιον *δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ τραγώσας ἀμπέλους πάθος, αἳ διὰ τὴν τροφὴν ἐξυβρίζουσιν· ἐπεὶ καὶ οἱ τράγοι πίονες ὄντες ἧττον ἔχουσι*, (sc. *τὸ σπέρμα*·) *διὸ καὶ προλεπτύνουσιν αὐτούς· καὶ τὰς ἀμπέλους τραγᾷν ἀπὸ τοῦ πάθους τῶν τράγων καλοῦσι*. Theophr. C. Pl. 1, 5. has *τραγώσας ἀμπέλους* fructum non ferre ait, ubi mendose *τρυγώσας* habent vulg. Edd., qua de re supra quoque admonui: 5, 10. Ἐξ *ὑπερβολῆς δὲ καὶ τὸ τραγᾷν τῆς ἀμπέλου, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἀκαρπεῖν συμβαίνει, διὰ τὴν εὐβλαστίαν*: H. Pl. 4, 16. Ἡ *δ' ἄμπελος τραγᾷ· τοῦτο δὲ μάλιστα αὐτῆς ἐστὶ πρὸς τῷ ἀστροβολεῖσθαι· ἢ ὅταν ὑποπνευμάτων βλαστοκοπηθῇ, ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συμπάθῃ, ἢ τρίτον ὑπτία τμηθῇ*. Quæ iisdem verbis repetit C. Pl. 5, 13. nisi quod pro *συμπάθῃ* ibi legitur *συντμηθῇ*, pro *τραγᾷν* autem *τρυγᾷν*, ut et alibi tam ap. ipsum quam ap. Alex. Aphr. legi, paulo ante docui. Plin. Articulationem vocat hoc vitium, qui illum Theophr. locum sic interpr. 17, 24. Vitibus, præter vermiculationem et siderationem, morbus peculiaris articulatio, tribus de causis; una, vi tempestatum germinibus ablatis; altera, ut notavit Theophr., in supinum excisis; tertia, culturæ imperitia læsis: omnes enim earum injuriæ in articulis sentiuntur. [" Suid. 3, 496." Wakef. Mss.]

[* *Τράγανος*, Libido, Antyllus Oribasii p. 127. Matth. * " *Τραγανὸς*, Callosus, Cartilagineus, Athen. 347. ubi vide quæ annotavi." Schw. Mss. *Τραγανὸν*, Gl. Callosum: *Τράγανον*· Callosum, Cartilago.]

ΤΕΙΧΟΣ, *τὸ*, Murus, Mœnia, Il. Υ. 145. *τεῖχος ὑψηλὸν* et *ἀμφίχυτον*: Ξ. (56.) *τεῖχος ἄῤῥηκτον*, Xen. Κ. Π. 4, (6, 2.) *τεῖχος ἰσχυρόν*: Il. Ν. (50.) *μέγα τεῖχος*: Ζ. (434.) *τεῖχος ἐπίδρομον*: Od. Ζ. (9.) Ἀμφὶ *δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλει*: Aristot. Polit. 7. Τείχη *περιβάλλειν ταῖς πόλεσι*, Muros circumdare urbibus, Mœnibus urbes cingere. Sic *κατασκευάζειν* et *ἐπισκευάζειν τεῖχος* dicitur, qui murum extruit: unde ap. Dem. pro Cor. (p. 329.) Ἐπισκευὴ *τειχῶν*, et Plut.

Alcib. Τῶν τειχῶν κατασκευή. Et rursum Dem. (266.) Γενόμενος ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς. Cui simile hoc Aristot. Polit. 7. Πυλῶν τε καὶ τειχῶν φυλακῆς ἐπιμελητὰς εἶναι: nam τείχη, χαρακώματα, τάφροι, et hujusmodi alia εὕρηται ταῖς πόλεσι πρὸς φυλακὴν καὶ σωτηρίαν, ut Dem. docet pro Cor. [Philipp. 2. p. 71.] Sic Thuc. οἰκοδομεῖν τεῖχος, l. 1. et alibi, sicut Lat. dicunt Ædificare murum: 2, (75.) Ξύλινον τεῖχος ξυνθέντες, καὶ ἐπιστήσαντες τῷ ἑαυτῶν τείχει, Constructo muro ligneo. Rursum Dem. pro Cor. dicit, Μηχανήματα τοῖς τείχεσι προσάγειν. Il. X. (4.) Τείχεος ἆσσον ἴσαν σάκε' ὤμοισι κλίναντες, Xen. Ἑλλ. 7, (2, 7.) Ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβαίνειν, Plut. Ἀναπηδῶντες ἐπὶ τὰ τείχη, Il. N. (50.) οἳ μέγα τεῖχος ὑπερκατέβησαν ὁμίλῳ, Lucian. (2, 309.) Ὑπέρβηθι τὸ τεῖχος, Transcende murum. Rursum Il. Υ. 31. τεῖχος ἐξαλαπάζειν, Ξ. 55. τεῖχος κατερήριπεν, O. (361.) ἔρειπε δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν. Quibus adde Thuc. 4, (109.) p. 156. Μεγαρῆς τὰ μακρὰ τείχη κατέσκαψαν, ἑλόντες ἐς τοὔδαφος. Item, Ἐντὸς τείχους ἔμενον, Herodian. 2, (5, 15.) Intra murum se continebant, Lucian. (3, 150.) Ἐπειδὰν ἐντὸς τειχῶν γένωνται, Cum muros fuerint ingressi. Cui opp. τείχεος ἔκτοσθεν μίμνειν, Il. I. (548.) et Σ. (256.) ἑκὰς δ' ἀπὸ τείχεος εἰμέν. Apud Thuc. autem 8, (40.) p. 275. exercitus Atheniensium putat se βεβαίως μετὰ τείχους ἱδρύσθαι. Metaph. Lucian. (3, 151.) Ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς περιβεβλημένος, Cujus animus aheneo muro circumdatus est. Porro de Quovis muro hoc vocab. dicitur, tam eo, qui urbi alicui, quam qui arci, domui, horto aut alicui alii loco circumdatur; cum vero de Urbis muris dicitur, tunc vocabulo Mœnia redditur. || Τείχη τρία Schol. Thuc. 1, (116.) p. 37. exp. τρία τάγματα. At Λευκὸν τεῖχος et Μακρὰ τείχη, Nomina locorum ap. Thuc. 1, (104.) et 2. [Παρὰ μέσου τεῖχος s. φαληρικὸν, Potter. Archæol. Gr. 1, 32. "Ad Mœr. 365. Ammon. 135. Valck., ad Eran. Phil. 166. 173. Valck. Diatr. 85. ad Callim. 1. p. 43. Thom. M. 837. Dorv. Vann. 62. 619. ad Charit. 601. Jacobs. Anth. 9, 170. 11, 53. Heyn. Hom. 8, 38. 247. ad Diod. S. 2, 129. ad Liv. 1. p. 39. Locus quivis munitus, Urbs, Castellum, Larcher. ad Herod. 3, 452. Wessel. ad Eund. p. 278. 537. 555. ad Diod. S. 1, 57. 597. 2, 283. Zeun. Ind. ad Xen. K. Π. Τὸ διὰ μέσου τ., Heind. ad Plat. Gorg. 32. Sing. et plur., ad Diod. S. 2, 397." Schæf. Mss. "Custodia, Tutela, Opp. K. 3, 125. (τοὶ δ' ἄρα δειλοὶ Τεῖχος ὑπ' * εὐπτέρυγον πρυλέες τρύζουσι νεοσσοί.) Custos, Defensor, 'A. 5, 45. (ἀλλ' ἀΐοιτε Εὐμενέται βασιλῆες, Ὀλύμπια τείχεα γαίης.)" Wakef. Mss. T. βασιλήϊον, Xen. Ἑλλ. 7, 5, 8. Fischer. Ind. Æschin. Dial.]

[* Τειχογράφος, unde] Τειχογραφέω, Muros depingo. UNDE Κατατειχογραφέω, In muro pingo aut scribo. Pro In pariete pingo aut scribo, affertur e Strab. 4. [14. p. 992.] qua in signif. foret SCR. Κατατοιχογραφέω, et referendum ad τοῖχος, Parietem. [" Gronov. Diatr. Stat. p. 340. Ed. Lips." Schæf. Mss.] Τειχοδόμος, ὁ, Ædificator s. Structor murorum, Qui muros ædificat s. extruit, ὁ οἰκοδομῶν τείχη, ut Thuc. loquitur: qui infra τειχοποιός. [" Manetho 4, 291." Wakef. Mss.] Τειχοδομέω, Murum ædifico, statuo, s. extruo, i. q. τειχοποιῶ. In Epigr. et ap. J. Poll., ap. quem legitur et præcedens τειχοδόμος. [" Epigr. adesp. 204." Schæf. Mss.] Τειχοδομία, ἡ, Ædificatio s. Extructio muri, [Plut. Nicia 18. * "Τειχοκαταλύτης, Ctesias Photii." Schn. Lex. "Phot. Bibl. 144. ap. Schn. ad Ælian. H. A. 550." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * Τειχοκράτης, unde * Τειχοκρατέω, Polyæn. 4, 2, 18. * Τειχολύτης, Lexx. Gr. sine Auctore. Male forsan pro τειχοκαταλύτης.] Τειχομάχος, SIVE Τειχομάχης, ὁ, Muri oppugnator. Quorum illud ap. Aristoph. ('A. 570.) legitur, hoc autem affertur e Chrys. [* "Τειχομαχικὸς, Herodian. Epim. 148." Boiss. Mss. Schol. Aristoph. N. 481.] Τειχομαχέω, Murum oppugno, Thuc. 1, (102.) Τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι, Apti ad oppugnandos muros, Herodian. 8, (4, 18.) Μηχανὰς παντοίας προσέφερον, καὶ τειχομαχοῦντες παντὶ σθένει, οὐδὲν παρέλειπον εἶδος πολιορκίας, Totis viribus oppugnantes mœnia, Plut. Alcib. Ὡς ἀνάγκην οὖσαν αὐτοῖς καὶ ναυμαχεῖν καὶ πεζομαχεῖν, καὶ μὰ Δία τειχομαχεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους. Quæ verba mutuatus est e Xen. Ἑλλ. 1, (1, 9.) ubi tamen secundum analogiam alterorum duorum ναυμαχεῖν et πεζομαχεῖν, sonaret potius Muris excitatis pugnare contra hostes. Aristoph. N. (481.) dicit eod. fere modo, τειχομαχεῖν μοι διανοεῖ: quod tamen exp. Cogitat me veluti murum oppugnare. Nisi malis, Cogitat educto muro me oppugnare. [Herod. 9, 70. "Philostr. 154. 156. Boiss." Schæf. Mss.] Τειχομαχία, ἡ, Muri oppugnatio, Herodian. 8, (5, 5.) Ὡς ἀνάνδρως καὶ ῥαθύμως προσφερομένους τῇ τειχομαχίᾳ, Quasi parum strenue nec acriter mœnia oppugnarent. Contra ap. Plut. Othone, Τειχομαχίας ἰσχυρὰ σύστασις, Vehemens muri oppugnatio: [cf. T. 3. p. 167.] Alii interpr. etiam Pugnam muralem. [Herod. 9, 70. "Heyn. Hom. 6, 272. 7, 72." Schæf. Mss. "Dionys. H. 1, 1547. Athen. 154. Diod. S. 298." Wakef. Mss. * Τειχομαχεῖον s. * Τειχομάχιον, Nicet. Ann. 10, 1. 21, 6. * Τειχομελὴς, Epith. citharæ Amphionis, Anal. 2, 290.] Τειχοποιὸς, i. q. τειχοδόμος, Qui muros conficit, s. fabricator et struit. Sed ap. Dem. pro Cor. (243.) Ἀλλὰ καὶ τειχοποιὸς ἦσθα, pro τειχοποιὸς ibid. dicit ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς, Qui instaurandis mœnibus præest sive reficiendis, s. Cui demandata est cura instaurandorum et reficiendorum murorum: ut et Æschin. (57.) Ἄρχων τὴν τῶν τειχοποιῶν, sc. ἀρχήν. Sunt enim in majoribus civitatibus quibus cura demandata est instaurandorum murorum qui collapsi sunt, aut reficiendorum etiam qui ruinam minantur. [* "Τειχοποιέω, Tzetz. ad Lyc. 1209." Kall. Mss.] Τειχοποιΐα, ἡ, Muri extructio, etiam Cura extruendorum aut reficiendorum murorum. Vide Τειχισμός. [Diod. S. 318=348. * Τειχόπυργος s. * Τοιχόπυργος, Etym. M. v. Ἁρμάριον. * "Τειχοσείστης, Const. Manass. Chron. p. 98(=186. * Τειχοσειστὴρ, * Τειχοσειστήριος, contr.) * Τειχοσείστρια, p. 73(=137.)" Boiss. Mss. * Τειχοσκοπία, Schol. Eur. Phœn. 88.] Τειχοφύλαξ, ὁ, Murorum custos, Qui murorum custodiæ præest: τειχοφύλακες, Custodes in muris constituti. J. Poll. [Plut. 8, 773. Arato 8. Herod. 3, 157. "Const. Manass. Chron. p. 84." Boiss. Mss.] Τειχοφυλακέω, Muros custodio, Murorum custodiæ præsum, Custos sum in mœnibus constitutus. Tales ap. Aristot. Polit. 6. οἱ τειχῶν φυλακῆς ἐπιμεληταί. [Lobeck. Phryn. 574. Dionys. H. 4, 16. Plut. Crasso 27. Appian. Bell. Hisp. 92. * Τειχοφυλακτέω, Polyæn. 7, 11, 5. vox nihili, Lobeck. l. c.]

Τειχεσιβλήτης, Murorum s. Mœniorum dejector: Hes. Τειχεσιβλῆτα, τείχη καταβάλλων, quod desumtum opinor ex Il. E. 31., quem afferam in sequenti comp. Τειχεσιπλήτης, Qui muris aut mœnibus appropinquat, ὁ τοῖς τείχεσι προσπελάζων ἐπὶ πορθήσει, Qui ad muros accedit ut eos diruat, Martis epith. Il. E. 31. Ἄρες, ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα. Quod comp. Hes. quoque affert, exponens et ipse προσπελάζων τείχεσι: sed affert Idem et præcedens τειχεσιβλῆτα, ex eod. loco, ut arbitror; existimo enim ejusd. loci esse scripturam diversam, et quosdam Codd. habere τειχεσιβλῆτα, quosdam vero τειχεσιπλῆτα. Comp. autem hoc τειχεσιπλήτης e πλῆμι, illud vero e βλῆμι. [Il. E. 455. "Heyn. Hom. 5, 8." Schæf. Mss. "Clem. Alex. p. 18., cf. Phavorin." Kall. Mss. * Τειχεσιπλήκτης, Nicet. Ann. 10, 1. 17, 10. κριός. * "Τειχεσιπλήττης, Const. Manass. Chron. p. 121." Boiss. Mss.]

Τειχολέτης, ὁ, Muris exitium afferens, i. e. Murorum destructor, Qui muros demolitur et diruit, s. mœnia. [* Τειχολέτις, Plut. Romulo 17.]

Τειχήρης, ita e τεῖχος derivatum, ut κλινήρης e κλίνη. Et sicut κλινήρης dicitur Qui in lecto se continet, s. lecto affixus est, ita τειχήρης Qui se continet intra muros, s. Qui clausus est muro. Synes. Ep. 130. Τειχήρης γάρ εἰμι, καὶ πολιορκούμενος γράφω, Mœnibus enim sum inclusus, et cum aliis cinctus obsidione, hasce scribo literas. Sic Thuc. 2, (101.) p. 82. Καὶ τειχήρεις ποιήσας, ἐδῄου τὴν γῆν, Cum intra muros eos compulisset, Cum eos coëgisset ut intra muros se continerent. Sic alibi (4, 25.) Τειχήρεις ποιοῦσι

τοὺς Ναξίους, Naxios intra muros compellunt s. cohibent, ἐντὸς τῶν τειχῶν ἀποκλείουσι. Et ap. Suid. Τειχήρης οὖν γενόμενος τοὺς πολιορκοῦντας ἀπὸ τῶν περιβόλων ἠμύνετο. [Polyb. 4, 55, 4. 21, 8, 6. Joseph. A. J. 5, 1, 5. Herod. 1, 162. "Boiss. Philostr. 538. Cattier. Gazoph. 47. Diod. S. 1, 672. 681. 701. 2, 415." Schæf. Mss. Xen. Ἑλλ. 5, 3, 2. * "Τειχηρέω, Suid. v. Ἐπ." Wakef. Mss. * Τειχηρὸς, Inc. sec. Ed. Rom. Jerem. 4, 5. τειχηράς.]

Ἐντείχιος τόπος, Locus mœnibus inclusus s. conclusus, Locus muro cinctus, J. Poll. 9. ["Dionys. H. 1, 70." Schæf. Mss. * Ἐντειχίδιος, Lucian. 2, 866.]

[* Ἀμφιτειχὴς, Æsch. S. c. Th. 294. λεώς.] Εὐτείχης ET Εὐτείχεος, Bene muratus, Bonis muris cinctus s. munitus, Bene munitus, Il. A. (129.) πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι, Schol. καλῶς τετειχισμένην, B. (113.) Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι. Prioris autem exemplum ap. Suid. legitur, afferentem e Tragico quopiam εὐτείχει πάγῳ pro καλῶς τετειχισμένῳ, Sed et Hom. eodem εὐτείχης usus est, Il. Π. 57. Δουρὶ δ' ἐμῷ κτεάτισσα πόλιν εὐτείχεα πέρσας. Ubi tamen B Eust. negat ex εὐτείχης esse hunc accus. εὐτείχεα, sed secundum vett. Gramm. e NOM. Εὔτειχος, habente gen. casum εὐτείχεος. Sed hujus simile exemplum desidero. ["Εὐτειχὴς, Εὐτείχεος, Heyn. Hom. 7, 148. 782." Schæf. Mss. "Εὔτειχος, Herodian. Epimer. 189." Boiss. Mss. "Max. Tyr. 2, 3." Wakef. Mss. * "Μεγατειχὴς, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 7, 255." Elberling. Mss. * Μελαντειχὴς, Pind. Ὀ. 14, 28. * Παντείχεος, Theophyl. 3, 709.]

Περίτειχος pro Circummurale affertur ex Es. 16, (11.) Quod tamen ibi non reperiri sciendum est, legi tantummodo τεῖχος: sic enim ibi, Τὰ ἐντός μου ὡσεὶ τεῖχος ἀνεκαίνισας. Ex alio igitur loco desumtum est, vel aliquo exemplari cum vulg. Edd. hic non consentiente: [26, 1. 4 Reg. 24, 21. Dan. 9, 25.]

[* Διατείχιον, τὸ, Diod. S. 16, 12. Ἐν σταδιαίῳ γὰρ ὀλίγῳ τε διαστήματι τοῦ διατειχίου ἔσω μάχης οὔσης, pro διατειχίσματος: Schneidero susp. * Μεσοτείχιον, Suid. 1, 897. J. Poll. 1, 20. Appian. B. Annib. 335. "Toup. Opusc. 1, 133." Schæf. Mss. C * "Περιτείχιον, Tzetz. ad Lyc. 652." Kall. Mss.]

Τειχίον, τὸ, Parvus murus. Inter τειχίον enim et τεῖχος ita distinguunt, ut τειχία esse dicant οἰκιῶν, i. e. Domorum muros, τείχη autem, τὰ τῶν πόλεων, Muros urbium, qui Lat. Mœnia dicuntur. Hom. certe Od. Π. 165. 343. dicit, Ἐκ δ' ἦλθεν μεγάροιο παρὲκ μέγα τειχίον αὐλῆς. Itidemque e Thuc. affertur pro Murulus, Paries; nec non τειχίοις exp. Parietinis. Sed et ap. Xen. pro Parvo et humiliore muro accipi potest, (Ἱππ. 3, 7.) p. 547. Τάφρους διαπηδᾶν, τειχία ὑπερβαίνειν, ἐπ' ὄχθους ἀνορούειν, ἀπ' ὄχθου καθάλλεσθαι, de equo. Attamen et de altioribus muris et urbium mœnibus dici potest, ut apparet ex ADJ. Τειχιόεις, Muratus, Muris bene munitus, Il. B. (559.) Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν, pro quo alibi εὐτείχεα et εὐτείχεον: quemadmodum Schol. quoque ibi τειχιόεσσαν exp. τὴν καλῶς τετειχισμένην, itidemque Hes. καλὰ τείχη ἔχουσαν, Pulcra habentem mœnia, Pulcris cinctam muris. Suidas vero simpliciter τειχιόεις exp. τετειχισμένος, Muratus, Muro cinctus. D Sed notandum, quod ad locum e Xen. allatum attinet, τειχία ibi accipi posse etiam pro Sepibus aut Maceriis quibus agri et prata veluti muris cinguntur aut distinguuntur inter se. Nam τειχίον, inquit Hes., Attici vocant τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις: qui etiam addit, Hom. τεῖχος quidem dicere τὸ τῆς πόλεως, τειχίον vero τὸ τῆς οἰκίας: cujus differentiæ paulo ante quoque memini, ex Ammonio eam afferens: ap. quem tamen perperam scriptum est τειχεῖα pro τειχία, et πολεμίων pro πόλεων. Affertur ET Τειχία pro Munitio, s. Muralis munitio, e Thuc. ["Τειχίον, ad Mœr. 88. 365. Ammon. 135. Valck. ad Eran. Phil. 166. 173. Diod. S. 1, 683. Thom. M. 837. Dorv. Vann. 62. Heyn. Hom. 8, 663. Τειχιόεις, Heyn. Hom. 4, 322." Schæf. Mss. * Τειχήεις pro τειχιόεις, var. lect. ap. Strab. 10. p. 255. Τειχίον, * Τειχίδιον, ad Greg. Cor. 510. * Τειχύδριον, Xen. Ἑλλ. 2, 1, 18.]

[* Τειχικὸς, Gl. Muralis.]

Τειχόω e nullo affertur, derivatum tamen inde est VERBALE Τείχωμα, quod ap. Polyb. legitur, (4, 63, 2.) Χρησάμενος δὲ τοῖς τειχώμασιν [χώμασιν] ἐνεργῶς καὶ τῇ λοιπῇ παρασκευῇ, ταχέως κατεπλήξατο τοὺς ἐνόντας, καὶ παρέλαβε τὸ χωρίον. Ubi τείχωμα exp. Murale tormentum, Muralis machina: μηχάνημα τὸ τείχεσι προσαγόμενον, ut loquitur Dem. Philipp. 3. i. e. Machina s. Tormentum quo utuntur ad oppugnandos et subruendos muros. Atque ita τειχοῦν foret i. q. τειχομαχεῖν.

Τειχέω, Muris cingo, claudo, Circumdo muris, i. q. sequens τειχίζω, sed minus usitatum, et Ionicum. Herod. vero dixit etiam ἐτείχεε τείχεα pro ἐσκεύαζε καὶ ᾠκοδόμει τείχεα, s. περιέβαλλε τείχεα, Muros erigebat s. ædificabat, extruebat: [8, 40. 9, 7. 8. "Plato Menex. 16. p. 52. Gottl. τειχήσασθαι." Boiss. Mss. "Heyn. Hom. 7, 643." Schæf. Mss.]

Τειχίζω, Murum ædifico, struo, facio, extruo s. educo, Thuc. 6, (99.) p. 230. Ἐτείχιζον οὖν ἐξελθόντες, ἀπὸ τῆς σφετέρας πόλεως ἀρξάμενοι, κάτωθεν τοῦ κύκλου τῶν Ἀθηναίων, ἐγκάρσιον τεῖχος ἄγοντες. Ubi τεῖχος ἄγειν, Ducere murum, i. significat q. τειχίζειν, i. e. οἰκοδομεῖν s. κατασκευάζειν τεῖχος. Cui adde Herodian. 6, (5, 22.) Εἰς τὸ αὐτὸ συναλισθέντες, καὶ τῇ τῶν ἀσπίδων προβολῇ τειχίσαντες, ἀπεμάχοντο ἐν σχήματι πολιορκίας, Cum clypeis objectis veluti murum fecissent, i. e. Clypeis objectis se quasi muro munissent et circumsepiissent. Interdum additur accus. loci, et tunc signif. Muro cingo, munio, excitato sepio, Thuc. 6, (101.) p. 231. Ἐτείχιζον τὸν κρημνὸν τὸν ἐπὶ τοῦ ἕλους, Herodian. 6, (7, 11.) Τὰ στρατόπεδα καὶ τὰ φρούρια ἐπιμελέστερον τειχίσας, Castris castellisque diligentius communitis. Sic Xen. K. Π. 3, (1, 6.) Ἐτείχιζες τὰ ἐρύματα, Ἑλλ. (7, 2, 1.) Τῶν Σικυωνίων ἐπὶ τοῖς ὁρίοις αὐτῶν τειχιζόντων τὴν Θυαμίαν. Et pass. voce ac signif. Thuc. 1, (91.) Ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη, ὥστε ἱκανὴ εἶναι σώζειν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ, 4, (9.) p. 124. Ἐπὶ τὰ τετειχισμένα καὶ μάλιστα ἐχυρὰ τοῦ χωρίου. Sic alibi passim. Interdum huic accus. additur dat. instrumentalis, et tunc signif. Munio veluti muro, etiam simpliciter Munio, Communio, Æschin. (65.) Χαλκοῖς τείχεσι καὶ ἀδαμαντίνοις τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε, Aheneis et adamantinis muris regionem nostram communivit, i. e., χαλκᾶ καὶ ἀδαμάντινα τείχη περιέβαλε τῇ χώρᾳ ἡμῶν. Sic Dem. (325.) Οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις, ἐγώ. Ibid. post verba in Τειχισμὸς citanda, Ταῦτα προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς, καὶ τούτοις ἐτείχισα τὴν χώραν, His ego propugnaculis circummunivi agrum Atticum. Et pass. voce ac signif. Greg. Naz. in Macc. Enc. Τὸ μὴ ῥαγῆναι τὸν νόμον ᾧ τετειχίσμεθα, Et non perfringi legem qua muniti sumus. Interdum dicitur aliquis τεῖχος τειχίζειν, et tunc simpliciter signif. Ædificare, Struere, Ducere, Educere, Extruere, Erigere, Thuc. 6, (99.) p. 230. Ἐτείχιζον τὸ πρὸς βορέαν τεῖχος. Et alibi, τειχίζειν τὰ μακρὰ τείχη, Longos muros excitare, pro quo dicit 2. τὰ μακρὰ τείχη οἰκοδομεῖν: et quidam ap. Suid. Κτίζει τὸ μακρὸν τεῖχος. Quo referri posset etiam ἐρύματα τειχίζειν, quod supra e Xen. attuli: ut sit Munitiones excitare. Cui simile hoc ap. Thuc. τειχίζειν ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ, Propugnaculum castris extruere. Nisi malis, Castra muro cingere, ut quidam interpr. ["Fischer. ad Palæph. 171. ad Charit. 327. ad Diod. S. 1, 67." Schæf. Mss. Τετειχισμένος, Gl. Muratus. Isocr. Busir. 436. Αἴγυπτον τῷ Νείλῳ τετειχισμένην. * Τείχισις, Urbis munitio, Xen. Ἑλλ. 6, 5, 4. Ælian. H. A. 3, 47.] Τείχισμα, τὸ, i. q. τεῖχος, Munimentum, Munitio, ut i. sit q. ἔρυμα, et Propugnaculum, s. Arx, Thuc. 3, (103.) p. 117. Τοῖς ξυμμάχοις ἐπιτίθενται οἱ ἐκ τοῦ τειχίσματος Συρακούσιοι, καὶ προσπεσόντες τρέπουσι, Syracusani, qui in munimento s. in præsidio erant, erumpentes. ["Wakef. Herc. F. 1099. Abresch. Æsch. 2, 107. Jacobs. Anim. 183. Porson. Phœn. 466." Schæf. Mss.] Τειχισμὸς, Muri eductio, Muri extructio, Thuc. 6, (102.) p. 232. Ἰκα-

Ὑποτίθημι, Suppono, Subjicio. Plut. de Sol. Anim., loquens de Hercule, Τόξα μασχάλῃ ὑποθεὶς, καὶ κραταιῷ περιβαλὼν βραχίονι, Εὕδει πιέζων χειρὶ δεξιᾷ ξύλον. Pro Subjicio accipitur et in alia signif.; ea sc. qua aliquis vel res aliqua dicitur alicui spem subjicere: ut Cic. Has mihi spes subjicit fortuna pop. Romani, pro quo dicitur etiam Ostendere spem, vel ostentare. Nam eadem prorsus signif. Græci dicunt ὑποτιθέναι ἐλπίδα: quod et προβάλλειν et ὑποτείνειν. Thuc. vero 4, (65.) p. 142. Αἰτία δ' ἦν ἡ παρὰ λόγον τῶν πλειόνων εὐπραγία, αὐτοῖς ὑποτιθεῖσα ἰσχὺν τῆς ἐλπίδος. Ubi ὑποτιθέναι reddere queas etiam Proponere, ut ap. Eund. 1, (138.) p. 44. de Themistocle degente in aula regis Persarum, Διὰ τὴν τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐλπίδα, ἣν ὑπετίθει αὐτῷ δουλώσειν, Propter spem quam proponebat ei Græciam subjiciendi, Schol. ὑπέβαλλε τῷ Πέρσῃ. Redditur vero non solum Subjicio, Suggero, sed et Edoceo: ut alicui ὑποτιθέναι dicimur aliquid, quod ei subjicimus, eum edocemus, de quo eum monemus. || Ὑποτίθημι, Suppono, i. e. Veluti principium pono, Aristot. Metaph. 1. Ἄν τε πλείους ὑποθῶσι, καὶ ἐάν τε σῶμα, ἐάν τε ἀσώματον τιθῶσι. Bud. || Ὑποτίθημι, Pignori oppono, Oppignero. Æschin. (68.) Ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους, καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν, Oppignerarunt ipsi talenti nomine publicas obventiones. Isocr. (πρὸς Εὐθύν. 3.) Τὴν οὐσίαν ὑπέθηκε. Sic Dem. in Lacr. (926.) Τὰ ὑποκείμενα ἀποδόσθαι ἢ ὑποθεῖναι τῆς ὑπαρχούσης τιμῆς, Vel vendere justo pretio vel alteri oppignerare: (930.) Ὑποθεῖναι ἐλεύθερα χρήματα, Libera bona facultatesque liberas pignori opponere: quod et ἐνεχυριάζειν dicitur. Affertur etiam Ἐνέχυρον ὑποτιθέναι pro Pignus deponere. || Item Statuere, Fundare, ut ex Hermog. affertur Πόλεις ὑποτιθέναι pro Urbes fundare. Pass. Ὑποτίθεμαι, Supponor, Subjicior. Sicut vero ὑποτιθέναι dicimur quod subjicimus, de quo edocemus et monemus, ita ὑποτιθέμενος e Philostr. Her. affertur pro edoctus. || Proponor: unde ὑποτεθεὶς, Propositus, Aristot. Eth. 6. Πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα, Ad intentionem nobis propositam tendentia. || Oppigneror, Opponor pignori: unde ὑποτεθειμένος, Oppigneratus, Bud. 81. Prædiis autem et possessionibus pignori oppositis, (quæ hypothecæ verbo Græco dicuntur, ob id quod ὑποτεθειμένα et ὑποκείμενα κτήματα vocantur,) indices quidam apponebantur, obnoxiæ causæ conditionisque significatores. Quale κτῆμα dicitur etiam ὑπόχρεων et ὑπώβολον: nec non στικτὸν, quoniam στίζεσθαι solebat: cui opp. ἄστικτον. Erat autem λίθος τις ἢ στήλη ἡ δηλοῦσα ὡς ἔστιν ὑπόχρεων τὸ χωρίον, J. Poll. 3, c. 9. Ipse etiam creditor ὑποτίθεσθαι dicitur, cum ei aliquid ὑποτίθεται, i. e. Pignori opponitur, sicuti παρατίθεσθαι σῖτον is, cui ipse σῖτος παρατίθεται, Dem. (841.) Εἰς τὰ ὑποκείμενα τοῖς δανείσασιν: ἀλλὰ τῶν ὑποτιθεμένων ἐστὶ, Sed eorum sunt creditorum, quibus obnoxia data sunt, oppignerata sunt. Latinum quoque Pignorari signif. Pignori datum accipere, Quasi pignus accipere, Obnoxium sibi capere, Cic. in Philipp. Mars ipse fortissimum quemque ex acie pignorari solet. || Frequentior passivæ, ut et mediæ, vocis usus est in signif. activa; sed plerumque pro Pono, τίθεμαι. Ut enim νόμον τίθεσθαι dicitur pro Legem ponere, sic etiam ὑποτίθεσθαι, Alex. Aphr. Probl. 1. Ἐπ' αὐτῶν μόνων τῶν σωμάτων νόμον φύσεως ὑποθεμένης, Cum natura de solis ipsis corporibus legem posuerit. Rursum pro Pono, ea in signif. accipitur, qua Cic. dixit, Ponunt Philosophi, nobis a natura nosmet esse commendatos. Minus autem id est quam ἀποφαίνεσθαι, quod est Pro comperto ponere. Plato de Rep. 1. Ὥσπερ ὑπέθου, Quemadmodum posuisti. Plut. Quæst. Plat. cum accus. Ὑποτιθέμενος παραδείγματα καὶ ἰδέας, Ponens exemplares rerum formas, quas Ideas vocant, ut Bud. interpr. 189., ubi ὑποτίθεσθαι esse dicit Suppositare, i. e. Velut subjectum ponere. Sæpius cum infin., itidem pro Ponere, Statuere. Isocr. Τάχιστ' ἂν γένοιο τοιοῦτος, οἷον ὑπεθέμεθα δεῖν εἶναι, Qualem posuimus s. statuimus esse debere. Sic Plut. Symp. 4. Τὰ θηρία τῶν ἀνθρώπων ἁπλουστέραις τροφαῖς χρῆσθαι καὶ μᾶλλον ὑγιαίνειν ὑποτιθέμενος, de Def. Orac. Εἰ ὑποθοῖτό τις ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, Quod si verum esse statuat. In eod. l. cum accus. junxit, dicens, Τοῖς ἀπείρους κόσμους ὑποτιθεμένοις, Iis qui infinitos mundos statuunt. Nec simplici solum Statuo redditur, verum etiam composito Constituo. Interdum Censeo, Decerno. Aristot. Ὅτι δὲ καλῶς ὑπεθέμεθα, Quod autem recte censuerimus et decreverimus. || Ὑποτίθεσθαι est etiam Imaginari, et animo rerum eventum præsumere, et futura quasi præsentia sibi tanquam ob oculos ponere, Bud. 188. e Basil. || Signif. et Propono, quemadmodum activum etiam ὑποτίθημι accipi, supra admonui. Isocr. Helen. Enc. (14.) Δέδοικα μὴ τισι δόξω περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν ἢ περὶ ἧς τὴν ἀρχὴν ὑπεθέμην, De qua dicere ab initio mihi propositum fuit, Quam laudandam mihi proposui. Et alibi, Ἵνα μὴ δοκῶ περὶ τὰ μέρη διατρίβειν, ὑποθέμενος περὶ τῶν ὅλων ἐρεῖν, Cum in exordio pollicitus sim me de omnibus dicturum. Idem in Paneg. Ὑπεθέμην οὐχ ὡς περὶ τῶν πολιτειῶν διαλεξόμενος. Quibus in ll. reddi potest non solum Propono, sed etiam Instituo, nec non Promitto. || Exp. etiam, Argumentum et scribendi materiam mihi sumo, Philostr. Her. Ὑποτίθεμαι ταῦτα, Hæc mihi dicendi materiam subjectumque facio. Et ap. Plut. in Vita Homeri, Ὁ δὲ Ὅμηρος ὑποτίθεται πράξεις παραδόξους. Bud. || Ὑποτίθεσθαι Attice signif. παραινεῖν et συμβουλεύεσθαι, Præceptiones dare doctrinæ moralis et philosophicæ, Bud. 194. afferens ejus signif. exempla ex Aristot. et Basil. nec non Plut.: quæ tibi videnda ibi reliqui. Itidem accepit Isocr. Ἐγώ σοι πειράσομαι ὑποθέσθαι, δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι. Plato Charm. Ἄλλῳ ὑποτιθέμενος, Alii præcipiens. Sic Philo V. M. 2. Ἐν ταῖς προστάξεσιν ὑποτίθεται καὶ παρηγορεῖ τὸ πλέον ἢ κελεύει, Turn. Majorem partem suadet et lenit quam jubet. Quo referendum est ὑποτίθεσθαι, quod Hom. pro ὑποβάλλειν et συμβουλεύειν, Monere, Consulere, accipit, Od. O. (309.) Ἀλλά μοι εὖ θ' ὑπόθου, ἅμα δ' ἡγεμόν' ἐσθλὸν ὄπασσον, A. (279.) Σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἴ κε πίθηαι. Pro Edoceo vero, E. 143. Αὐτάρ οἱ πρόφρων ὑποθήσομαι, οὐδ' ἐπικεύσω, Ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται. Idem et cum accus. rei, itidem pro Edoceo, Suggero, Il. Θ. 36. in orat. Minervæ, Βουλὴν δ' Ἀργείοις ὑποθησόμεθ' ἥτις ὀνήσει, Ὡς μὴ πάντες ὄλωνται. Ex Hesiodo autem (Θ. 175.) δόλον δ' ὑποθήκατο πάντα, pro, Omni dolo instruxit.

["Ὑποτίθημι, Heyn. ad Apollod. 658. Brunck. Aj. 491. ad Herod. 509. ad Xen. Eph. 180. 250. Thom. M. 444. 876. ad Charit. 562. Musgr. Iph. A. 507. Porson. Or. 1184. Diod. S. 2, 295. 646. Dionys. H. 3, 1456. Pignori oppono, Oppignero, Matth. Animadv. in 4 Hom. Chrys. Witteb. 1795. 8. p. 8. Valck. ad Ammon. 70. Phryn. Ecl. 210. Thom. M. 444. 876. De act. et med., ad Dionys. H. 2, 648. Ὑποτίθημι, Ὑποτίθεμαι, de pignore, Kuster. V. M. 137. Dem. 1199, 27. Ὑποτίθεμαι, Lennep. ad Phal. 24. ad Herod. 54. 423. 616. 618. 664. Larcher. 5. p. 272. Wyttenb. Select. 351. Thom. M. 444. 876. Toup. Emendd. 3, 244. Boiss. Philostr. 464. 473. 501. 534. 591. Heind. ad Plat. Charm. 62. Suggero, Hymn. in Cer. 149. 488. Theogn. 27. Hypothecam do, Ammon. 70. Ὑποτεθειμένος, i. q. ὑποθέμενος, ad Herodian. Philet. 474." Schæf. Mss. "In me suscipio, Plut. 2, 379." Wakef. Mss. Demosth. 426. Ὑποθεὶς τὸν ἴδιον κίνδυνον, 550. Ὑποθέντες τοῦτο τῇ γνώμῃ ἀκούετε, 1223. Ἐκέλευον αὐτόν μοι δανεῖσαι ὑποθέμενον τὰ σκεύη τῆς νεώς. "Aristot. Probl. 3, 20. Ὅταν ὑποθῇ τις ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν, δύο φαίνεται, Si sub oculo presseris rem objectam, geminari videbis, Gaza. Ὑποτίθεμαι, Pignori oppono,

Plut. Catone Utic. 1398. HSt. Ἔνιοι δὲ καὶ χωρία καὶ θεράποντας αὐτοῦ διδόντος καὶ βεβαιοῦντος, ὑπέθεντο πρὸς τὸ δημόσιον. Suadeo, Consilium do, Aristoph. Ὄρν. 1362. Σοὶ δ', ὦ νεανίσκ', οὐ κακῶς ὑποθήσομαι, Ἀλλ' οἷά περ αὐτὸς ἔμαθον, ὅτε παῖς ἦ, Λ. 522. πῶς ὀρθῶς, ὦ κακόδαιμον, Εἰ μηδὲ κακῶς βουλευομένοις ἐξῆν ὑμῖν ὑποθέσθαι; Ἐκκλ. 1154. Σμικρὸν δ' ὑποθέσθαι τοῖς κριταῖσι βούλομαι, Od. Δ. 163. ἐέλδετο γάρ σε ἰδέσθαι, Ὄφρα οἱ ἤ τι ἔπος ὑποθήσεαι, ἠέ τι ἔργον." Seager. Mss. " Similiter Herod. 1, 90. Ἐδόκεε εὖ ὑποτίθεσθαι, Visus est bene monere. Moxque ibid. Τὰ Κροῖσος ὑπεθήκατο. Et 1, 156. Ταῦτά οἱ ὑπετίθετο, Hæc ei suasit." Schw. Mss. Ὑποτίθημι, ὑποτίθεμαι, Ὑποθεῖναι, ὑποθέσθαι, Lobeck. Phryn. 467—8.]

Ὑπόθεμα, τὸ, Id quod supponitur s. subjicitur, Pedamentum, Fundamentum, Basis, i. q. ὑπόβλημα, s. ὑπόβασις, Turn. qui e Philone affert. Bud. pro Fundamento et basi accipit ap. Plut. Quæst. Plat. (fin.) Τάς γε μὴν προθέσεις ἐστὶν ἐπικράνοις καὶ βάσεσι καὶ ὑποθέμασιν ὁμοιοῦν. Sic ὑπόθημα infra. || Medici ὑποθέματα vocant Trochiscos s. Glandes quæ ano subjici solent: ὑπόθετα nominant eadem medicamenta. [Gl. Suppositorium.]

Ὑπόθεσις, ἡ, i. q. ὑπόθεμα, Fundamentum et basis alicui rei supposita s. subjecta: θεμέλιον, κρηπίς. Theophr. H. Pl. 4, 14. Αὕτη γὰρ οἷον ὑπόθεσις καὶ φύσις δένδρων ἐστὶν, Hic enim veluti fundamentum naturaque arborum constat, ut Gaza interpr. et post eum Bud. 192. Sonat tamen potius q. d. Suppositio, Subjectio. Quod Subjectio itidem pro Basi et hypothemate Vitr. usurpasse Turn. putat, cum dixit, Subjectio foraminum duodecim. Pro Suppositio accipitur et alia signif., veluti cum dicunt καθ' ὑπόθεσιν εἰπεῖν, quod est ὑποτιθέμενον, μὴ ἀποφαινόμενον εἰπεῖν, Theophr. C. Pl. 6. Τοῦτο μὲν οὖν ὡς ἂν καθ' ὑπόθεσιν εἰρήσθω, Hoc sic accipi velim quasi a supponente dictum, i. e. Non id plane statuo, nec ut argumentis probatum sequor, sed quasi εἰλημμένης ὑποθέσεως, ut Aristot. Metaph. 5. init. loquitur. Itidem ἐξ ὑποθέσεως, E suppositione: cui opp. ἁπλῶς et ἐξ ἀνάγκης: velut ap. Aristot. Polit. 3. Οἱ μὲν ἁπλῶς πολῖται εἰσίν, οἱ δ' ἐξ ὑποθέσεως, Non justi cives, sed quodammodo et e suppositione: Metaph. 3. Οὐ τοῦ γεωμέτρου θεωρῆσαι τί τὸ ἐναντίον, ἢ τέλειον, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως, Non ad eum suo jure ac suæ professionis nomine pertinet, sed suppositione quadam, et alia e causa. Hæc Bud. 190., ubi vide et alia ex Eod. exempla. Verum et aliter accipitur, veluti cum Plut. de Fato dicit τὴν εἱμαρμένην esse ex eorum numero, quæ sunt ἐξ ὑποθέσεως. Verba ejus habes ap. Bud. in l. jam c.: ubi etiam hanc expositionem affert ex Eod., Ἐξ ὑποθέσεως δὴ ἔφαμεν τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ τιθέμενον, ἀλλὰ πρὸς ἑτέρῳ τινὶ ὡς ἀληθῶς ὑποτεθὲν ὁπόσα ἀκολουθίαν σημαίνει. Quibus e verbis, inquit Bud., intelligimus ὑποθετικὸν εἶναι et ἐξ ὑποθέσεως, quod e consecutione natum est, non per se et suapte natura, ut fatum secundum supra dicta: quæ etiam lex Adrastiæ dicitur propter consecutionis necessitatem: et quæ συνειμαρμένα, quasi Affata dicuntur, vel fati consequentia atque comitantia. Inde et syllogismi ὑποθετικοί, Conditionales, et e suppositione, et e connexis, dicuntur: de quibus Cic. Topic., ubi inter alia dicit, Eam argumenti conclusionem, in qua cum primum sumseris, sequitur id quod annexum est. Ex his intelligi potest quid sibi velit Aristot., cum Polit. 4. dicit, Ἂν μὴ πρὸς ὑπόθεσιν κρίνῃ τις, Nisi quis secundum suppositionem judicet. Quod non est simpliciter et in universum judicare quippiam præstabilius esse, sed certo quodam modo, vel certis hominibus, vel in certa specie. Hæc et alia ibi Bud. Et paulo post, Ὑπόθεσις, inquit, est etiam quod prisci JCti Speciem appellant, recentiores Legis casum. Basil. in quadam ad Ἡγεμόνα Epist. Ἐπὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως. Vide ibid. quosdam Pauli et Ulpiani locos, ubi ὑπόθεσιν vocant Speciem et casum; nec non Quintiliani, qui Thema appellat, quasi facti positionem vel eventus. Idem p. 192. Ὑποθέσεις dictæ sunt etiam Principia et Elementa scientiarum, quas quidam Suppositiones, quidam Subjectiones dicunt. Et in Pand. Idem, Quæ positiones notæ sunt, quæque simul ac a præ- A ceptore ponuntur, admittuntur ab auditore, ὑποθέσεις vocantur: quæ vero non usque adeo notæ sunt, sed argumento quodam astruuntur antequam fidem faciant, et tamen citra demonstrationem sumuntur a præceptore, αἰτήματα dicuntur, i. e. Petitiones vel Postulata. Hæ autem duorum sunt generum; quædam enim mediocriter notæ sunt, quædam e contrario: ut, geometra ponente, omnes angulos rectos æquales esse, auditor ἀγεωμέτρητος neutrum opinatur: eodem vero dicente, punctum carere magnitudine, et esse individuum, auditor ipse opinatur. Rursum in Comm. 189. Ὑπόθεσις, inquit, Dogma, Decretum, Opinio Philosophica de principiis et de natura. In Rhetorum Scholis ὑπόθεσις dicitur Quæstionis genus definitum, s. causa, ut patet e quodam Cic. loco, quem attuli in Θέσις supra. Quintil. quoque idem tradit, qui 3, 5. Finitæ autem, inquit, sunt e complexu rerum, personarum, temporum, ceterorumque: hæ ὑποθέσεις a Græcis dicuntur, Causæ a nostris. In his omnis quæstio videtur circa res personasque B consistere. Plin. more JCtorum speciem vocavit, in Epist. quadam ad Trajanum, Nam hæc quoque species incidit in cognitionem meam. Species autem, inquit Bud., appellatur, quia non generalis quæstio est, quam Cic. Infinitam vocat, quod nondum receptum Generalis vocabulum erat, sicut nec Universalis, sed specialis. Quintil. 7. de quæstionibus juris et facti loquens, Solebam et hoc facere, præcipereque, ut vel ab ultima specie (nam ea fere est, quæ continet causam) retrorsum quærerem usque primam generalemque quæstionem: vel a genere ad extremam speciem descenderem, etiam in suasoriis. Vide et Cic. Topic. et Partit. Orat. nec non de Orat. 2., ubi appellat Genus quæstionis certum. Alioquin ὑπόθεσις vocatur etiam Res proposita, de qua agitur et quæstio est. Plut. Erot. Λέγειν τι πρὸς ὑπόθεσιν. Diod. S. 13. de Cleophonte, Παρελθὼν, καὶ πολλὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν οἰκείως διαλεχθεὶς, ἐμετεώρισε τὸν δῆμον, Cum multa verba fecisset ad probandam confirmandamque sententiam illam accommodata. Et de C Dionysio suadente ut reducerentur exules, Πρὸς δὲ τὴν ὑπόθεσιν πολλὰ διαλεχθεὶς οἰκεῖα τοῖς πράγμασι, συμψήφους ἔλαβε τοὺς Συρακουσίους, Cum longam habuisset orationem, eamque accommodatam ad rem illam, de qua agebatur, persuadendam. Itidem pro Proposito accepit Isocr. Εἰς τὴν ὑπόθεσιν ἐπανελθεῖν, Redire ad rem propositam, s. causam, et τὸ ὑποκείμενον. Et Bud. 188. Ὑπόθεσις, inquit, signif. etiam προαίρεσιν, h. e. Propositum et institutum et σκοπόν. Dem. (145.) Ἐξέστητε τῆς ὑποθέσεως, ἐφ' ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον, Descivistis et degenerastis ab instituto majorum, et proposito politico, tuendi principatus sc. inter Græcos virtutibus bellicis. Quomodo et Aristot. Polit. 6. dicit ὑπόθεσιν τῆς δημοκρατικῆς πολιτείας esse libertatem: ὑπόθεσιν hic appellans, quod alibi ὅρον, cum ait, Πάντας τοὺς δημοτικοὺς πολιτείας ὅρον τίθεσθαι τὴν ἐλευθερίαν. || Ὑπόθεσις dicitur etiam Materia et argumentum operis alicujus, sicut ὑποτίθεσθαι est Argumentum et materiam scribendi sumere, Dem. Λιβανίου ὑπόθεσις λόγου Ὀλυν- D θιακοῦ. Et, Λιβανίου ὑπόθεσις τοῦ περὶ τῶν Μεγαλοπολιτῶν λόγου. Quas ὑποθέσεις appellant etiam περιοχάς: nec non θέματα: ut Quintil. 5, 10, (95.) Orationum Ciceronis velut thema ipse exponens Pædianus, Argumentum, inquit, tale est. Et ipse Cic. Etsi argumentum simile non erat. Quo pacto, omnem ad scribendum destinatam materiam ita appellari. Ubi etiam NOTA Θέμα. || Ὑπόθεσις signif. etiam Occasionem et prætextum, velamenque, i. e. πρόσχημα. Plut. Αἰτωλῶν ὑπόθεσιν τοῦ πολέμου καὶ πρόφασιν διδόντων. Cic. Att. 14. Ὑπόθεσιν autem hanc habent, et eam præ se ferunt, clarissimum virum interfectum, illius interitu totam remp. perturbatam: de Antonio et sociis ejus post mortem Cæsaris. Bud. [" Ind. Xen. Mem. ad Corn. Nep. 45. Stav. Abresch. Lectt. Aristæn. 202. ad Diod. S. 1, 6. 2, 642. ad Lucian. 1, 389. 452. ad Charit. 387=573. Phryn. Ecl. 110. Boiss. Philostr. 465. Materia, Argumentum operis, D. R. ad Longin. 241. Toup. 272. Opusc. 2, 132. Causa, T. A. ad Lucian.

Dial. p. 41. Quæstio finita, Legis casus, Thom. M. 781. Controversia, Lis, ad Charit. 459. Conditio, Sors, Diod. S. 1, 612. De pignore, Bergler. ad Alciphr. 106. Ὑπόθ. τῆς παροιμίας, Hesych. Ep. ad Eulog.: vide Albert. not. 35." Schæf. Mss. "Polyb. 4, 82. Τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρατον ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς ὑποθ., eleganter dicitur pro eo, quod ap. Cic. est, De magistratu dejicere, Ernesti." Seager. Mss. Ælian. H. A. 14, 18. Σχολικαὶ ὑποθ., Schol. Plat. 163. Suid. v. Θέσις. I. q. ὑπόστασις, Jambl. V. P. c. 8. "Ὑπόθεσις, 1) Dissertatio, Dionys. Comp. c. 4. 2) Argumentum s. Materia quam in aliquo libro tractamus, Dionys. Ep. ad Pomp. c. 3. p. 767., ubi hoc primum historiæ scribendæ præceptum statuit, ut sibi quis eligat materiem pulcram et lectu jucundam, ὑπόθεσιν καλὴν καὶ κεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις: cf. Demetr. Eloc. §. 76. ubi et ὕλη dicitur, et Longin. 38. Plutarchus etiam διάθεσιν dicit, ut in Bruto 28. ubi tamen de Argumento alicujus picturæ sermo est. 3) Quæstio finita rebus et personis, qualis in orationibus forensibus requiritur, et opposita est τῇ θέσει, quæ est Disquisitio indefinita et universalis, cujus vim et indolem separatim suo loco declaravimus. Schol. in Aphthon. Ἐξήγησιν τῆς νόμου εἰσφορᾶς ita interpretatur: Ὑπόθεσίς ἐστι ζήτησις πολιτικὴ ἐφ' ὡρισμένων προσώπων καὶ πραγμάτων τὴν ἀμφισβήτησιν ἔχουσα, καὶ ἀπαιτοῦσά τινα παρὰ τῶν ἀκουόντων μετὰ τὸν λόγον ἐνέργειαν. 4) Forma dicendi conpitionalis, s. Mentio rei quæ neque facta est, neque jam est, sed fingitur a rhetore, si hoc vel illud fiat, aut consequatur, Anonym. de Rhet. ap. Fisch. 201. Unde dicuntur argumenta duci καθ' ὑπόθεσιν, h. e. Fingendo aliquid, quod, si verum sit, aut solvat quæstionem aut adjuvet, Quintil. 5, 10. p. 230. (v. Spalding.:) τὸ πλαστὸν ἐπιχείρημα appellare videtur Hermog. περὶ Εὑρ. 3, 10. Idem a Minutiano Rhetore ἀναπλασμὸν dici, contendit Capper. ad Quintil. l. c." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.]

Ὑποθετέον, Supponendum est, s. Subjiciendum est. [Athen. 491. Plato Timæo 61. "Geop. 14, 7, 22." Kall. Mss.]

Ὑποθέτης, ὁ, Qui ὑποτίθεται, i. e. subjicit, suggerit, monet, consilia suggerit, et viam alicujus rei ostendit, Hortator. Suidas ἀρχηγὸς, σύμβουλος, i. e. Auctor, Consultor, in h. l. Οὐκ ἠδύνατο γνωσθῆναι τίς ὁ τοῦ δράματος ὑποθέτης. Ὑποθετικὸς, Hortatorius, nec non Conditionalis, e Bud. Annot. in Pand. Vide et Ὑπόθεσις. ["Eust. 141, 15." Seager. Mss. * "Ὑποθετικῶς, Schol. Plat. 82. R., Eust. Il. Α. 173." Boiss. Mss. "Suppositive, Priscian. 18, 10, 91." Elberling. Mss.]

Ὑπόθετος, Suppositus, Supposititius, Qui supponi et subjici solet. Apud Medicos ὑπόθετον et ὑπόθεμα dicuntur Medicamentum quod ano subjicitur ad intestinorum tormina, nec non ad dolores ani, ut sunt trochisci et collyria; ait enim Columella, Collyria immittuntur alvo, et, Collyrium tenue inditur foramini quo meat urina. Itidemque Alex. Trall. alicubi dicit ὑπόθετα καὶ κολλούρια. Paul. Ægin. 7, 12. sub finem, Ὑπόθετον πρὸς δυσεντερίαν καὶ δακτυλίων πόνους. Sunt qui Suppositoria vocent has glandes ano subjici solitas. ["Ad Dionys. H. 1, 184." Schæf. Mss.] Ἀνυπόθετος, Non supposititius, Qui sine suppositione est, ὁ ἄνευ ὑποθέσεως: ut cum Plato de Rep. 6. fin. dicit νόησις τοῦ νοητοῦ ἀνυποθέτου, h. e. τῆς ἀρχῆς ἀνυποθέτου, Quæ sine suppositionibus ab intellectu apprehenditur; nam ὁ νοῦς illarum non indiget, ut ad apprehensionem τοῦ ὄντος καὶ νοητοῦ: artes autem liberales et disciplinæ, ὧν αἱ ὑποθέσεις ἀρχαί εἰσι, τῇ διανοίᾳ ἀναγκάζονται θεωρεῖν τὰ αὐτῶν θεωρήματα. Bud. Comm. 116. [Jambl. Protr. 56. Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 1, 246. * Ἀνυποθέτως, Sine certo fundamento, Plut. 7, 569.]

Ὑποθήκη, ἡ, i. q. ὑπόθεσις, sicuti συνθήκη i. q. σύνθεσις, exponiturque Suppositio; nec non Argumentum, Materia subjecta: quo modo ὑπόθεσις accipi, patet ex supra dictis. || Sed frequentius ὑποθήκη dicitur Pignus, ab ὑποτίθημι, Oppignero, ut et Bud. Annot. in Pand. Pignus, inquit, est quod Græce ὑποθήκη, quasi Obligationi suppositum, dicitur, vel quasi Ob fidem debiti suppositum: quod Latine Pignori opponere dicunt. Et in Comm. 81. Ἀνέπαφος ὑποθήκη dicitur Pignus omni nexu solutum. Dem. (926.) Παρέξουσι τοῖς δανείσασι τὴν ὑποθήκην ἀνέπαφον, ἕως ἂν ἀποδῶσι γιγνόμενον ἀργύριον, Præbebuntque iis qui crediderint pecuniam, pignus purum ab omni manus injectione. Ubi ὑποθήκην vocat quod (1294.) ὑποκείμενον nominavit, Ἐὰν δὲ μὴ παράσχωσιν ἐμφανῆ τὰ ὑποκείμενα καὶ ἀνέπαφα, Quod nisi libera exhibuerint pignora, omnique alii creditori intacta. Itidem ex Aristot. Œcon. 2. Ὑποθήκης γενομένης τῆς τοῦ ἐλαίου τιμῆς, pro Oleo pignori opposito. At, Ὑποθήκην ποιέεται ἐς τὸν Πέρσέα, ex Herod. affertur pro Subsidium apud Persam comparat. Quæ mihi suspecta sunt. || Porro ut ὑποτίθεσθαι signif. inter alia παραινεῖν καὶ συμβουλεύεσθαι, et præceptiones dare doctrinæ moralis et philosophicæ, ita ὑποθῆκαι dicuntur παραινέσεις et Præcepta ad vitam instituendam, Basil. de Proverbiis Solomonis, Καὶ ὅλως διδασκαλία βίου, πυκνὰς τὰς ὑποθήκας περιέχουσα τῶν πρακτέων, Dionys. Areop. Τῶν πρακτέων σοφὰς ὑποθήκας. Rursum Basil. Ep. ad Diod. S. Ὑποθήκας καταλιμπάνειν ὠφελίμων λόγων, Isocr. ad Nic. (init.) Τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων, ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασι: ut Hesiodus, Pythagoras, Phocylides, Theognis, et alii. Atque adeo Hesiodi ὑποθηκῶν mentio fit ap. Quintil. 1, 1. Itidem ap. Plut. Coloten Alexander a Xenocrate Philosopho ὑποθήκας ᾔτησε περὶ βασιλείας. Nec non et sing. num. ap. Aristot. Rhet. 2. Ἀλλὰ κατὰ τὴν Βίαντος ὑποθήκην, καὶ φιλοῦσιν ὡς μισήσοντες, καὶ μισοῦσιν ὡς φιλήσοντες, Juxta præceptum Biantis, ita ut Bias monuit: 3. Ὑποθήκην δύνασθαι τὸ, ὅτι οὐ δεῖ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλὰ τοῖς δι' αὑτόν. ["Plut. Mor. 1. p. 5. 13. 49. Oxon. ad Charit. 320. Alciphr. 278. ad Herod. 423. 671. Phryn. Ecl. 211. Thom. M. 444. 876. Toup. Emendd. 3, 245. Jacobs. Anim. 275. Kuster. V. M. 137. Lobeck. Aj. p. 321. Ὑποθήκην τιθέναι, τίθεσθαι, ad Herodian. Philet. 473., ubi de similibus: θεῖναι, θέσθαι, Kuster. V. M. Præf. v. xiii. 124. 129. 136. 137.: ποιεῖσθαι εἴς τινα, ad Charit. 438. Præceptum, Harl. in Fabr. Bibl. Gr. 1, 15. * Ὑποθηκιμαῖος, (Gl. Fiduciarius,) Thom. M. 309." Schæf. Mss.]

Ὑπόθημα, τὸ, i. q. ὑπόθεμα, Id quod supponitur et subjicitur rei alicui, Fundamentum, Basis: ut ὑπόθημα τοῦ λουτηρίου ap. J. Poll. 10, 22. quod et ὑπόστατον nominari posse ei videtur, cum in Aristoph. Δημιοπράταις inveniatur usurpatum nomen illud ἐπὶ πάντων ὑποθημάτων: forsan et ὑπόκυκλον. Et ap. Athen. (210.) Λέβητος ὑπόθημα. ["Ad Herod. p. 12. ad Diod. S. 2, 210. Aristoph. Fr. 221." Schæf. Mss. * Ὑποθήμων, Hesychio ὑποθέσεις καταγράφων.] Ὑποθημοσύνη autem i. signif. q. ὑποθήκη, Præceptum, Monitum, Consilium, βουλή. Apoll. Rh. 2, (1148.) Τὸν μὲν (sc. κριὸν) ἔπειτ' ἔρρεξεν ἑῆς ὑποθημοσύνῃσι Φυξίῳ ἐκ πάντων Κρονίδῃ Διΐ: ubi Schol. sic exp. ea verba, τὸν κριὸν ἔθυσε ταῖς ἑαυτοῦ ὑποθήκαις, i. e. κατὰ συμβουλὴν αὐτοῦ τοῦ κριοῦ: quoniam sc. ipse aries humana usus voce, id fieri jusserat. Ὑποθημοσύνη etiam Doctrina et disciplina præceptumque docentis dicitur, Bud. afferens Il. O. (412.) Ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαΐφρονος, ὅς ῥά τε πάσης Εὖ εἰδῇ σοφίης, ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης. [Xen. Mem. 1, 3, 7. "Heyn. Hom. 7, 71. 778." Schæf. Mss.]

[* Ἀνθυποτίθημι, Arist. de LXX. Interpr. p. 307.] Προϋποτίθημι, Præsuppono. Itidemque προϋποτίθεμαι pro Præsuppono, accipitur. Plut. (10, 207.) Τοῖς μήτε γένεσιν αὐτοῦ, μήτε τῶν γεννητικῶν σύνοδον ἐξ ἀρχῆς προϋποθεμένοις, Qui neque ejus ortum neque concilium cœtumque procreantium principio statuissent. At partic. προϋποτεθέντα passive signif. Præsupposita, Prius posita s. statuta. ["Dionys. H. 5, 144. * Προϋποθετέον, Jambl. de V. P. 2. p. 295. Kiessl." Schæf. Mss. * Προσυποτίθημι, Schol. Pind. II. 8, 79. Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 285. * Συνυποτίθημι, Æschin. Dial. Socr. 3, 16.]

ΘΕΣΜΟΣ, Lignorum compositorum strues. Hes. enim θεσμοὺς esse dicit τὰς συνθέσεις τῶν ξύλων. Sed raram esse hanc vocabuli hujus signif. existimo,

ideoque et posteriorem ei locum ab illo tribui, cum prius id ipsum θεσμοὺς exposuisset νόμους θείους, Leges divinas: itidemque θεσμῶν, θείων νόμων: ea enim signif. frequentior est. Non semper tamen de divinis legibus dicitur: unde aliquando additur epith. ἱερὸς, interdum gen. θεοῦ s. θεῶν, differentiæ causa: atque adeo ipse quoque θεσμοῖς simpliciter exposuerat νόμοις, i. e. Legibus: quemadmodum Plut. quoque in Homero ait, Θέμιστες γὰρ καὶ θεσμοὶ, οἱ νόμοι, cum attulisset hunc locum Poëtæ de sceptrigeris legum custodibus, δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας Πρὸς Διὸς εἰρύαται. Itidemque Athen. ostendit θεσμὸν et νόμον idem significare, cum (542.) de Demetrio Phal. ait, Καὶ ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς Δημήτριος, καὶ τοὺς βίους τάττων, ἀνομοθέτητον ἑαυτῷ τὸν βίον κατεσκεύαζε. Ubi etiam nota etymon exprimi: sunt enim θεσμοὶ iidem qui νόμοι τεθέντες, Positæ et constitutæ leges, sive in tabulis, s. in animis hominum, s. etiam consuetudine diuturna confirmatæ. Et Harpocr. θεσμὸν olim vocatum fuisse scribit modo ἕνα ἕκαστον τῶν νόμων, modo τὸ ὅλον τῆς πολιτείας σύνταγμα: atque ea signif. usurpasse Dem. c. Aristocr.: Andocides tamen aliquid inter νόμον et θεσμὸν statuere discriminis videtur, cum in Or. περὶ τῶν Μυστηρίων scribit, Τούτους δὲ (sc. vigintiviros a vobis electos) ἐπιμελεῖσθαι τῆς πόλεως, ἕως ἂν οἱ νόμοι τεθεῖεν· τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. Et forsan θεσμὸς est quod Lat. Institutum dicunt: quod vocabulum itidem cum voce Lex solet copulari: veluti a Cic. cum ait, Qui ejus civitatis non leges, non instituta, non mores, non jura noritis. Et rursum, Juris publici leges et instituta. Et a Cæs. cum de Gallis dicit, Lingua, legibus, institutis inter se differunt. Nisi malis reddere Sanctio: quo modo interpr. nonnulli ap. Plat. Epist. 8. Ὁ ταῦτα ἀπεργαζόμενος θεσμὸς, νόμος ἂν ὀρθῶς ὑμῖν εἴη κείμενος, ubi iterum discrimen fit inter θεσμὸν et νόμον. Porro, uti dixi supra, interdum differentiæ causa addi solet adj. θεῖος, interdum gen. aliquis: ut Bud. 831. scribit θεσμοὺς ἱεροὺς a Dionysio Areop. vocari Ritus sacrorum divinitus institutos. Et Plut. Rom. (10.) itidem dicit θεσμοῖς ἱεροῖς, Sacris ritibus. Cum gen. autem ap. Aristot. de Mundo, Ζῶα γίνεται καὶ ἀκμάζει καὶ φθείρεται τοῖς τοῦ Θεοῦ πειθόμενα θεσμοῖς, Dei legibus et institutis, Ita ut Deus instituit, etiam Pro Dei arbitrio et numine. Xen. K. Π. 1, (6, 6.) Παρὰ γὰρ τοὺς τῶν θεῶν θεσμοὺς πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι. Plut. Πειθόμενοι τοῖς διατεταγμένοις ὑπὸ τῶν θεῶν, καὶ τοῖς εἱμαρμένης καὶ τοῖς προνοίας θεσμοῖς, de Fato (init.) Θεσμὸς δὲ Ἀδραστείας ὅδε. Hom. quoque cum gen. dixit Od. Ψ. 297. de Ulysse et Penelope, Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο, Leges et jura veteris thalami repetiverunt, ὑπεμνήσθησαν τοῦ πάλαι τῆς συνουσίας νόμου, Schol. Derivatur autem θεσμὸς e τίθημι, s. θέω, sicut ἑσμὸς ab ἵημι s. ἕω. At Θεσμὰ παρθενίας ἀποθέσθαι, quod e Phalar. affertur pro Vincula virginitatis solvere, suspectum mihi est; ac puto pro eo θεσμὰ reponendum esse δεσμά. Dicitur enim pl. num. δεσμὰ a δεσμὸς, ut ζυγὰ a ζυγός. ["Θεσμὸς, Toup. Ind. ad Longin. fin., ad Diod. S. 1, 384. Valck. ad Röver. p. 47. 48. Phœn. p. 204. ad Phalar. 369. Thom. M. 442. Musgr. Hel. 872. Wakef. Eum. (481.) 618. 685. Stanl. 617. 684. Jacobs. Anth. 9, 77. 11, 68. 291. 12, 255. Boiss. Philostr. 591. Abresch. Æsch. 2, 75. Callim. 1. p. 477. Θεσμὰ, Jacobs. ad Meleagr. p. 82. Anth. 6, 82. Wakef. Trach. 682. Porson. Med. (494.) p. 43. Brunck. Soph. 3, 391." Schæf. Mss. Passow. de Fine et Ratione Cond. Lexx. libello Teutonice scripto p. 72. ad Longum p. lxxvi. Sophocl. Alex. Fr. 1. Musæus 142. 145. Pallad. Alex. 99, 4. Θεσμοὶ, οἱ, Opp. K. 1, 227. 2, 205. "Θεσμοὺς vocatas fuisse Draconis leges, νόμους Solonis, ex Etym. M. notat Kust. ad Suid. v. Δράκων." Dahler. Mss. Ælian. V. H. 8, 10. n.]

[* Θεσμοδόκος, unde] Θεσμοδοκέω, Legi addico, VV. LL. Videndum tamen ne potius significet Legem accepto et admitto, Legi me submitto.

Θεσμοθέτης, ὁ, dicitur ὁ τιθέμενος θεσμοὺς, Legum
A lator, Legum et institutorum auctor. Athenis θεσμοθέται erant Magistratus quidam, ex eo nomen sortiti, quoniam τῶν νόμων τὴν ἐπιμέλειαν εἶχον: nam θεσμοὶ vocantur οἱ νόμοι, inquit Harpocr., qui etiam addit, fuisse sex numero, et ex eorum catalogo qui ἐννέα ἄρχοντες vocabantur. Hi quotannis leges emendabant et recognoscebant, et ad congruentiam sensumque consentaneum reducebant: ut docet Æschin. 57(=59.) Διαῤῥήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴ πού εἰσι νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως: ubi etiam dicit νομοθέτῃ τῷ τὴν δημοκρατίαν καταστήσαντι. Iidem damnare poterant capitali supplicio homicidas, ut patet e Dem. c. Aristocr. 264(=630.) Multa de his Theophr. l. 3 Νόμων, et Aristot. ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ, ut testatur Harpocr.: Bud. quoque multa de his in Annot. in Pand.: fuisse sc. annuum magistra-
B tum, qui defunctos munere cogeretur rationes reddere, et si innocens comperiretur, in Areopagiticum concilium asciri solitum: præfuisse autem τοῖς ἡλιασταῖς, et tanto cum imperio, ut etiam ejicere e consessu possent, si ad horam non affuissent: quod ex Aristoph. patet, Σφ. (772.) κἂν ἔγρῃ μεσημβρινὸς, Οὐδεὶς σ' ἀποκλείσει θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι. Meminit et Plut. Solone (25.) et Pericle (9.) Et Aristot. de Mundo, Οἱ ἄρχοντες μὲν ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα ἐξίασιν, θεσμοθέται δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια, Principes ad prætorium se conferunt, legumlatores ad propria tribunalia. Generaliter vero de Quovis legumlatore dixit Nonn. θεσμοθέτης, ut νομοθέτης etiam. [Aristoph. Ἐκκλ. 290. Σφ. 935. Reisk. Ind. Dem. "Ad Timæi Lex. 142. Valck. Anim. ad Ammon. 93. Bergler. ad Alciphr. 232. ad Diod. S. 1, 384." Schæf. Mss. * "Θεσμοθέτις, ἡ, Phornut. 79." Wakef. Mss.] Θεσμοθεσία, ἡ, i. q. θεσμὸς, Lex et institutum. Θεία θεσμοθεσία, inquit Bud., ap. Dionys. Areop. 107. significare videtur Libros rituales, Ritus sacros. Lo-
C cum Dionysii vide ap. eum in Comm. 831., ubi θεσμοθεσία interpr. etiam Institutum et ritus. [* "Θεσμοθέσιον, Gloss. Herod. 1, 146." Elberling. Mss. "Lex. Herod. 174. Jacobs. Anth. 10, 35." Schæf. Mss. * Θεσμοθετεῖον, Basilica Thesmothetarum, Plut. Q. S. 1, 1. * "Θεσμοθέτιον, Suid. v. Πρυτανεῖον." Boiss. Mss.] Θεσμοθετέω, Sum thesmothetes s. legumlator, Bud. [Æschinis Epist. ap. Dem. 124.] Διαθεσμοθετέω, exp. non solum Instituo, sed etiam Designo, [Jambl. V. P. 256. Plut. 8, 266. Plato Timæo p. 328. "Ad Lucian. 1, 270." Schæf. Mss.]

[* Θεσμολόγος, unde * Θεσμολογέω, Constantin. Porphyrog. Themat. 1. * Θεσμοποιὸς, unde] "Θεσμοποιέω, Hes. νομοθετέω, Leges condo," [Eur. Phœn. 1659. * "Θεσμοπόλος, Paul. Sil. 42." Schæf. Mss.] Θεσμοτόκος, Legislator. E Nonno (Jo. 9, 144.) At θεσμοτόκον χορὸν dici τὰς μελίσσας tradit Suid., sc. διὰ τὸ εὔτακτον. ["Jacobs. Anth. 8, 355." Schæf. Mss.]

Θεσμοφόρος, Legislator. Afferturque ex eod. Nonno
D (Jo. 47.) θεσμοφόροι πατέρες: itidemque ex Epigr. θεσμοφόρος pro ὁ τοὺς νόμους ἐπιφερόμενος. Est etiam Cereris Epith., quod ea prima leges invenisse et dedisse mortalibus fingitur, ut qui ante inventum frumentum sine lege vagarentur: unde et Virg. Prima Ceres unco terram dimovit aratro, Prima dedit fruges alimentaque mitia terris, Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus. Et alibi, mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri. Meminit autem hujus Θεσμοφόρου Δήμητρος Orph. Argon. et Herod. (6, 134.) et Paus. Bœot. Et Plut. (10, 131.) Τί τὴν Θεσμοφόρον ἀσεβεῖτε Δήμητραν; Lucian. autem (1, 128.) dicit, Καθάπερ ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ τρέφων, omisso dat. Δήμητρι: quo modo et in Epigr. legimus, καὶ σεμνὴν ὤμοσε Θεσμοφόρον. Sed et Ἴσιδος Θεσμοφόρου meminit Diod. S., quæ leges Ægyptiis dedisse fertur. Orph. vero in suis Hymnis Διόνυσον etiam Θεσμοφόρον vocat: et Steph. B. ap. Drymiam urbem templum vetustissimum fuisse Διὸς Θεσμοφόρου refert. [Θεσμοφόροι, αἱ, Ceres et Proser-

pina, Aristoph. Θ. 282. 297. 1156.: *ἐν, ἐκ Θεσμοφόροιν*, 33. 'Εκκλ. 443. " *Θεσμοφόρος*, ad Lucian. 1, 373. ad Diod. S. 1, 18. 334. 385. Toup. Opusc. 1, 190. Asclepiad. 14. Brunck. Aristoph. 1, 89. *Θεσμοφόροι*, Jacobs. Anth. 12, 43." Schæf. Mss.] Frequentius tamen Cereri Legiferæ epith. illud tribuitur, et ab ea DICUNTUR *Θεσμοφόρια*, Festa sc. quæ in ejus honorem agitabantur: ut Hes. quoque *Θεσμοφόρια* esse dicit *τὰ μυστήρια τῆς Δήμητρος*, et Festum quoddam: Suid. *τῆς Θεσμοφόρου τὰ μυστήρια*. In hoc festo mulieres cibis abstinebant et coitu. Aristoph. ('Ορν. 1518.) *ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν Ἄνευ θυηλῶν*. Ovid. Met. 10. Festa piæ Cereris celebrabant annua matres, Illa quibus nivea velatæ corpora veste, Primitias frugum dant spicea serta suarum, Perque novem noctes venerem tactusque viriles In vetitis numerant. Plin. Græci *ἄγνον* vocant, quoniam matronæ in Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, iis foliis cubitus sibi sternunt. Cujus rei Ælianus etiam meminit. Eadem sacra vocantur *Δημήτρια*: de quibus vide quendam locum Virg. G. 1. et Servii in eum annotationes. [Aristoph. Θ. 182. 'Εκκλ. 223.: *ἡ μέση τῶν Θεσμοφορίων*, Θ. 80. 375. " Act. Traj. 1. p. 232. ad Herod. 187. 445. ad Lucian. 1, 374. ad Diod. S. 1, 18. 334. Bergler. Alciphr. 358. Brunck. Aristoph. 1, 88. Kuster. 217." Schæf. Mss.] UNDE *Θεσμοφοριάζω*, Sacra Legiferæ Cereris celebro, Festa Legiferæ Cereris celebro, Xen. 'Ελλ. 5, (2, 20.) *Τὰς γυναῖκας ἐν τῇ Καδμίᾳ θεσμοφοριάζειν*. Et hinc ap. Aristoph. *θεσμοφοριάζουσαι γυναῖκες*: quod Fabulæ nomen est. [" Ad Diod. S. 1, 334." Schæf. Mss. * *Θεσμοφόριον, τὸ*, Templum Cereris et Proserpinæ, Aristoph. Θ. 278. 880. " Timæi Lex. 222." Schæf. Mss.]

Θεσμοφύλακες, Legum et institutorum custodes, iidem qui *θεσμοθέται, νομοφύλακες*: quemadmodum *θεσμοθέται*, iidem qui *νομοθέται*: ut cum Hom. sceptrigeros reges appellat *δικασπόλους*, quoniam circa jura reddenda versantur, significat eosd. esse *θεσμοφύλακας*, Legum et institutorum custodes divinitus præfectos, Bud. Pand. Legitur et ap. Thuc. [Diod. S. 5. p. 232=384. " Philo J. 1, 371." Wakef. Mss.]

[* *Θεσμῳδὸς*, unde] *Θεσμῳδέω*, Leges et instituta sacra cano s. do, Areth. [" A Deo doceo, Philo J. 1, 650." Wakef. Mss.]

Ἄθεσμος, ὁ, ἡ, Lege carens, Exlex, De quo lex posita non est: ut Hes. *ἄθεσμος βλάβη* est, *ἐφ' ἣν νόμος οὐ κεῖται*, Noxa de qua lex lata non est. Eid. *ἄθεσμος δίκη* est *ἄνομος δίκη*. Quod *ἄνομος* duobus modis accipitur, sc. et pro Exlex, et pro Legibus repugnans. Ac certe itidem hoc *ἄθεσμος* redditur etiam Legibus vetitus, Illicitus, Iniquus, ut ap. Plut. (Cæs. 10.) legimus *ἀθέσμοις ἐπιχειρεῖν*, Manum inferre lege vetitis, nefastis. Et ap. Suid., de Piaso quodam Thessalo, *'Εράσθη Λαρίσσης τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς ἔρωτα ἄθεσμόν τε καὶ δυστυχῆ*, i. e. *παράνομον*, Legibus vetitum, Nefarium, Nefastum. Qua signif. et *ἀθέμιστος* infra. [" Ad Diod. S. 1, 393. Callim. 1. p. 443. Agathias 44. 60. Impius, Munck. ad Anton. Lib. 249. Verh." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] *'Αθεσμόβιος*, Qui exlegem et injustam vitam degit, Nonn. [Jo. 236. Hippocr. 1282, 32. *Φρονεῦντες ἀθεσμόβια*, i. q. *ἄθεσμα*, ubi al. *ἄθεσμα, βίᾳ φονεύοντες*. * *'Αθεσμοπραγὴς*, unde *'Αθεσμοπραγέω*, e quo * " *'Αθεσμοπραγία*, Const. Manass. Chron. p. 170." Kall. Mss. * *'Αθεσμοφάγος*, Vetita edens, Man. 4, 564. * *'Ανάθεσμος*, pro *ἄθεσμος*, 3, 154. Vide omnino Lobeck. Phryn. 728.] " *Πανάθεσμος*, " Omnino injustus, Sceleratissimus, Opp. (K. 3, 224.) " *σκύμνον πανάθεσμον ὀρειπλάγκτοιο λεαίνης*:" [2, 438. Manetho 6, 258.] *'Αθέσμως*, Contra leges, Inique, Nefarie, *παρανόμως*, Hes. [Æsch. Pr. 150. al. *ἀθέτως*: Schol. Soph. El. 588. * *'Αθεσμοσύνη*, Apollin. Metaphr. p. 194. 228. 234.] *'Αθεσμία*, Iniquitas, Scelus, *παρανομία*. Sed legitur ET *'Αθέσμιος* ap. Nonn. (Jo. 228.) pro *ἄθεσμος*: ut Suid. quoque *ἀθέσμιον* affert pro *ἄδικον*. [* *Παναθέσμιος*, Manetho 4, 56.]

Ἔκθεσμος, itidem Exlex, et q. d. Qui est extra legem s. leges, Lege vetitus, Illicitus, Iniquus, Nefandus, Nefarius, *ἔκδικος, παράνομος*. Philo de Mundo, *Τὸ δ' ἐστὶν ἔκθεσμον, καὶ ἀσέβημα ἤδη διπλοῦν*. [" Phalar. p. 30. 376. ad Herod. 173." Schæf. Mss.] *Ἔνθεσμος*, opp. præcedentibus *ἄθεσμος* et *ἔκθεσμος*: et sonat q. d. Qui est intra legem, s. leges. I. e. Qui manet intra præscriptum legis, et ex eo non egreditur. Redditur Legitimus, Licitus, Legi consentaneus, *νόμιμος*. *'Ενθέσμως*, Legitime, Jure, Ut fas est. Synes. Ep. 67. *'Αλλ' οὐδὲ τοῦτον ἐνθέσμως*, (sc. *ἀποδεδεῖχθαι ἐπίσκοπον*) *ἐκθέσμως μὲν οὖν*, Verum ne hunc quidem legitime et ut fas est, sed illegitime et contra quam fas sit. Ubi etiam NOTA *'Εκθέσμως* oppositum huic *ἐνθέσμως*. [*'Ενθέσμως*, Anal. 3, 93. * " *'Ενθέσμιος*, Boiss. Philostr. 627." Schæf. Mss.]

[* *'Ομόθεσμος*, Sibyll. Orac. 5. p. 603. * *Φιλόθεσμος*, Plut. 8, 677. sed ibi *φιλοθεάμων* restituendum est.]

[* *Θεσμοσύνη*, i. q. *δικαιοσύνη*, Anal. 3, 66.]

Θέσμιος, i. q. *ἔνθεσμος*, sicut *νόμιμος* i. q. *ἔννομος*, Legitimus, Legi consentaneus, etiam Lege præscriptus, jussus. Et neutro gen. *θέσμιον*, aut adjective, aut etiam substantive, pro *θεσμὸς*, Apoll. Rh. 2, (12.) *Οὔ τινα θέσμιόν ἐστιν ἀφορμηθέντα νέεσθαι Ἀνδρῶν ὀθνείων, ὅς κεν Βέβρυξι πελάσσῃ, Πρὶν χείρεσσιν ἐμῇσιν ἑὰς ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι*, Schol. *νόμιμον*, totum locum sic enarrans, *Νόμος ἐστὶ τὸν προσπλεύσαντα τῇ Βεβρυκίᾳ τῶν ξένων, μὴ ἀπαλλάττεσθαι πρινὴ ἐμοὶ πυκτεῦσαι*, Lex est et vetus consuetudo. Lege autem id jussum fuisse, patet ex eo quod ante dixerat Poëta initio libri, de Amyco rege, *ἐπὶ ξείνοισιν ἀεικέα θεσμὸν ἔθηκε, Μή τιν' ἀποστείχειν πρὶν πειρήσασθαι ἑοῖο Πυγμαχίης*. Itidem *θέσμια* accipi potest pro *θεσμοὶ* ap. Soph. Aj. (711.) p. 43. *θεῶν δ' αὖ Πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσ', εὐνομίᾳ Σέβων μεγίστᾳ*, Sacrosanctos peregit ritus et instituta divum: de Ajace, qui resipuerat, et deos se placaturum simulabat. [" *Θέσμιος*, Toup. Opusc. 1, 111. *Θέσμιον, τὸ*, Valck. Phœn. p. 369. Diatr. 38. Porson. Med. p. 43. Epigr. adesp. 750. Lex, Wakef. Eum. 493." Schæf. Mss.]

AT *Προθέσμιος* derivatum est potius a v. *προτίθεμαι* quam compositum e *θεσμός*: signif. enim *προτεθεὶς* s. *προτεθειμένος*, Præstitutus, Ante constitutus s. statutus: ut *προθεσμία ἑορτὴ*, Festi alicujus dies præstitutus, Festum quod præstituta et stata die celebratur. Lucian. (1, 67.) *Παρῄνει δὲ τοῖς συνοῦσι μήτ' ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ τοὺς πολλοὺς ποιεῖν, προθεσμίας ὁριζομένους ἑορτὰς ἢ πανηγύρεις· ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους τοῦ μὴ ψεύσασθαι, καὶ τοῦ τὰ δέοντα ποιήσειν*. Itidem *προθεσμία ἡμέρα* dicitur Dies præstituta, præfinita, stata: ut cum negotio alicui præstituitur et præfinitur certa aliqua dies: et Suidas *προθεσμίαν* esse dicit *τὸ προθεῖναι ἡμέραν, ἐν ᾗ τόδε γενέσθαι δεῖ*. Nec non Bud. Comm. 41. *Κυρία*, inquit, non modo Diem vadimonii sistendi, sed etiam *προθεσμίαν ἡντινοῦν* signif., *καὶ πᾶσαν ἡμέραν τεταγμένην ἢ ἀποτεταγμένην*: quem Lat. Statum et Statutum diem dixerunt. Atque ut *κυρία* dicitur pro *κυρία ἡμέρα*, SIC *Προθεσμία* pro *προθεσμία ἡμέρα*, quod et in aliis fit, Lucian. (1, 66.) *'Επειδὰν ἡ προθεσμία παρέλθῃ*: (619.) *'Υπερήμερος τῆς προθεσμίας*, Qui jam elapso tempore non præstitit, quod spopondit. Item Diosc. 7, 4. *Οὐδ' ὡρισμένην ἔχει προθεσμίαν*, Nec stato præfinitoque tempore exoritur. Ubi etiam nota addi part. *ὡρισμένην*. Eique *ὡρισμένῃ προθεσμίᾳ* æquivalet *τακτὴ προθεσμία*, quod ex incerto Auctore affertur itidem pro Dies præfinita: *προθεσμίας* vocabulo simpliciter ibi significante *ἡμέραν*. Aliquando vero ei additur gen. temporis vel rei: ut cum Harpocr. dicit Dem. pro Phorm. (952.) *προθεσμίας νόμον* videri vocare *πέντε ἐτῶν προθεσμίαν*, Quinque annorum præstitutum s. præfinitum tempus. Quomodo et *προθεσμία ἐπαγγελίας* e Greg. Naz. affertur pro Dies promissionis, s. potius Tempus promissioni implendæ præstitutum. Et ex Eod. similiter, *Ἕως εὐχῆς πρόκειται προθεσμία*, Dum precibus præstitutum tempus adhuc adest, i. e. Dum adhuc licet precari. Idem *ἀναγκαίαν προθεσμίαν* vocavit Diem fatalem, *τῇ τελευτῇ* præstitutam; certum enim cujusvis vitæ terminum præfinivit Deus. *Γηραιὸς εἶ*, inquit, *καὶ τῆς*

ἀναγκαίας ἐγγὺς προθεσμίας. Quo modo et Suid. tradit *προθεσμίαν* vocari *θεοῦ* * *προνομοθετοῦντος περὶ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ τυχὸν τόνδε δεῖ τῆς ζωῆς ταύτης ὑπεξελθεῖν, ἢ τόνδε καταλυθῆναι τὸν σύμπαντα κόσμον.* Sed non assentior ei in eo, quod *προθεσμίαν* quidem, qua nos aliquid præstituimus et præfinimus, a *προτίθεσθαι* derivat: eam autem, qua Deus aliquid *προορίζει* et *προτίθεται*, a v. *προθεσπίζω* derivatum censet. Hesychio *προθεσμία* est *ὅρισμα*, * *ὅρισις, διορία*, et *καιρός*. Affertur vero et *κατὰ προθεσμίαν* pro Ex edicto. [*Προθεσμία*, Gl. Spatium, Dies finitus, statutus. "Bergler. ad Alciphr. 106. Lucian. 1, 50. 269. 2, 100. ad Charit. 245. (450. 452.) Phryn. Ecl. 10. Phalar. 284. 302. Lennep. 301. Thom. M. 740. Wakef. S. Cr. 4, 88. Marcell. de V. Thuc. 6. ad Diod. S. 2, 530. Dionys. H. 1, 347." Schæf. Mss. "Opportunitas, M. Anton. 2, 4." Kall. Mss. "*Προθεσμία τοῦ πολέμου*, Terminus belli finiendi, Mich. Apost. Prov. 9, 15.: Heracl. Alleg. 71. p. 216. Certa temporis intervalla dixit, quibus venti spirant." Schleusner. Mss.]

Unde COMP. *Ἐκπρόθεσμος* ET *Ἐμπρόθεσμος*, mutuo sibi opposita. Dicitur enim *ἐκπρόθεσμος* Qui est *ὑπερήμερος τῆς προθεσμίας*, Qui præstitutum diem excessit. Contra autem *ἐμπρόθεσμος*, Qui intra præstitutum tempus præstat quod promiserat. Ambo tam rei quam personæ tribuuntur, et interdum gen. sibi adjunctum habent, Lucian. 126(=1, 824.) *Ὁ δ' ἠγανάκτει, λέγων ὑπερήμερον εἶναι καὶ ἐκπρόθεσμον τοῦ ὀφλήματος*, Debito persolvendo præstitutum diem excessisse, Debitum ultra condictum diem protraxisse, i. e. Non persolvisse debitum præfinito die. Rei autem tribuitur in hoc incerti Auctoris loco, *Ἐκπρόθεσμον μετάνοιαν μετανοεῖν*, Sero pœnitere, Pœnitentiam ultra tempus præstitutum differre: ut faciunt qui sero sapiunt, Phrygum exemplo. Et ap. Philon. V. M. 3. (p. 169.) *Τοῦ πένθους ὑπερημέρου καὶ ἐκπροθέσμου γεγονότος*, Cum haud dum exacto tempore eluxissent. Rursum tam personæ quam rei tributum, aliter etiam exp. Affertur enim *Ἐκπρόθεσμος τούτων γίνομαι*, pro Jus horum excedo. Et e Luciano (3, 274.) *Ἐκπρόθεσμα φιλοτιμήματα*, itidem pro Jus excedentia: [" 386. Thom. M. 666." Wakef. Mss. "Lucian. 2, 920." Wakef. Mss.] *Ἐκπροθέσμως*, Post diem præstitutum, Condicto die jam elapso, Non ad diem constitutum: ut *ἐκπροθέσμως ἥκειν* dicitur de eo qui serius venit et post præfinitum præstitutumque tempus. *Ἐκπροθεσμέω*, Diem præstitutum excedo, In mora sum, ut Lat. loquuntur. Legitur in Pand. Gr., Bud. 40. [* "*Ἐκπροθεσμία*, Phot. et Suid. v. *Ὑπερημερία*." Schleusner. Mss.] Synonymum vero *τῷ ἐκπρόθεσμος* EST *Ὑπερπρόθεσμος*: ait enim Bud. ibid., *Ὑπερήμερος τῆς προθεσμίας* ap. Lucian. (1, 619.) Qui jam elapso tempore non præstitit quod spopondit, Qui ad diem non satisfacit; atque eam ob causam alio vocabulo *ἐκπρόθεσμος* dicitur et *ὑπερπρόθεσμος*. [Suid. v. *Ὑπερήμερος*.] CONTRA *Ἐμπρόθεσμος* dicitur Qui intra præstitutum tempus aliquid facit, Lucian. (2, 124.) *Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ ἡμᾶς ἐμπροθέσμους ἐκπέμπειν ἐκ τῆς νήσου, τὴν ἐπιοῦσαν μόνον ἡμέραν ἐπιμείναντας.* [Philostr. 937. "Suid. 2, 402." Wakef. Mss. *Ἐμπρόθεσμος ἡμέρα*, Gl. Fatalis, Finita dies: *Ἐμπροθέσμους*· Finales.] UNDE *Ἐμπροθέσμως ποιεῖν τι*, i. e. *ἐντὸς τῆς προθεσμίας ποιεῖν*, Intra præstitutum tempus, Bud. e quodam Anonymo, *Τοὺς αἰχμαλώτους ἕξειν Λακεδαιμονίους κατεπαγγειλάμενος Ἀθηναίοις, ἐμπροθέσμως ἤγαγεν*, Intra statutum tempus adduxit, Ad condictum diem. Quomodo etiam *ἀπαντᾶν πρὸς τὴν κυρίαν* in judicio dicitur pro Adesse ad judicium die vadimonii. Medium autem inter *ἐμπροθέσμως* et *ἐκπροθέσμως*, est *τὸ μελλούσης ἤδη ἐξήκειν τῆς ὑπερημερίας*, Cum condicta dies jam exitura est. [Schol. Aristoph. *Ἱππ.* 392. "Plut. 2, 501. Philo J. 2, 532." Wakef. Mss. * *Παραπρόθεσμος*, unde * *Παραπροθεσμέω*, Eust. in Dionys. P. 223. * *Παραπροθεσμία*, Schol. Lucian. Tox. 44. * *Προθεσμεύω*, Schol. Aristoph. N. 1202. *Προὐθέσμευσαν ἡμέραν μίαν· προέλαβον τὴν προθεσμίαν.*]

[* *Τεθμὸς*, Dorice pro *θεσμὸς*, Pind. N. 4, 54.10 61. 'O. 6, 117. 8, 33. 13, 39. 57. Π. 1, 124. "Ad Diod. S. 1, 282. Bentl. ad Horat. Carm. 1, 10, 4. Valck. ad Röv. p. xliv. xlvii. xlviii. Toup. Opusc. 2, 219. Emendd. 1, 261. Eichst. Quæst. 24. Musgr. Suppl. 44. Callim. 1. p. 477." Schæf. Mss. "Lycophr. 859. ibi Tzetz., 1173. cf. Phav." Kall. Mss. * *Τέθμιος*, Dorice pro *θέσμιος*, Pind. 'I. 6, 28. N. 11, 35. "Ad Timæi Lex. 134. ad Callim. 1. p. 60. Valck. p. 10. * *Τέθμιον*, Boëthius." Schæf. Mss. Opp. K. 1, 450.]

"*Θεμοὺς*, Hes. affert pro *διαθέσεις, παραινέσεις*."

"*Θέμωσε*, Idem exp. *ἐγγίσαι ἐποίησε, ἠνάγκασε*, "Appropinquare s. Accedere fecit, Coëgit, procul "dubio respiciens ad Od. I. (486.) *Τὴν δ' ἂψ ἠπειρόνδε παλιρρόθιον φέρε κῦμα Πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο*, "*θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι*: [542.] Ubi Schol. quoque hemistichium illud exp. *ἐγγίσαι ἐποίησε τῇ γῇ*:" [i. q. *ἔθηκεν, ἠνάγκασεν ἱκάνειν*. *Ἐθέμωσεν*, Hes. *ἠνάγκασεν, ἐποίησεν*.]

ΘΕΜΙΣ, *ιστος*, [*ιτος*,] vel *ιδος*, *ἡ*, i. q. *θεσμὸς*, et ab eadem profectum origine, i. e. Lex, Institutum; vel Jus, Fas: ut Plut. quoque in Homero dicit, *Θέμιστες γὰρ καὶ θεσμοὶ, οἱ νόμοι*, cum attulisset hunc locum Poëtæ de sceptrigeris regibus, quorum fidei et tutelæ jura et leges a Deo commissa sunt, Il. A. (238.) *δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας Ἐκ Διὸς εἰρύαται.* Cui similis hic Ejusd. B. (206.) *ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ* [*σφίσιν ἐμβασιλεύῃ*.] Et his Hesiodi initio Ergων, *δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας.* Rursum Il. E. (761.) *Ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες, ὃς οὔ τινα οἶδε θέμιστα*, i. e. qui est *ἀθέμιστος* s. *ἄθεσμος*, Od. I. (215.) *Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες*, Nec leges et jura; sed sunt exleges, et sine legibus vivunt: [Il. Π. 387. Od. I. 112.] Contra aliquis ap. Hesiod. (Θ. 235.) *οὐδὲ θεμίστων* [*θεμιστέων*] *Λήθεται*, Nec justitiæ s. juris obliviscitur, i. e. Neque obliviscitur eorum quæ leges, s. jus et fas, exigunt, sed *τελεῖ θέμιστας*: [cf. 85.] Gravius autem *τοῦ λήθεσθαι θεμίστων* est *πατεῖν θέμιστας*, quod ap. Apoll. Rh. (2, 17.) legitur, i. e. Conculcare jura et leges, Violare jura et leges. Medium inter utrumque *θέμιν ἀμεῖψαι*: ut Epigr. in Rhetores, *θέμιν δ' οὐκ οἶδεν ἀμεῖψαι*, Jus autem mutare non novit. Dicitur etiam *θέμις ἐστὶ*, vel *οὐ θέμις ἐστὶ*, et *ᾗ θέμις ἐστί*: interdum etiam, omisso subst. verbo *ἐστὶ*, simpliciter *θέμις*, et *οὐ θέμις*, et *ᾗ θέμις*: signif. autem tunc quod Lat. dicunt Fas: Græci etiam *ὅσιον* vel *ὁσία*, et *δίκαιον*. Plato Tim. *Ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις*, Quod ne dictu quidem fas est, Cic. Et Dem. (269.) *Ποῦ δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι*; Rursum Plato Apol. Socr. (6.) de Deo, *Οὐ γὰρ δήπου ψεύδεταί γε· οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ*, Nec enim eum mentiri fas est. Hesiod. Θ. (396.) *Τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν, ᾗ θέμις ἐστι*, Quatenus æquum et justum est, decet et consentaneum est, par est. Itidemque Il. B. (73.) *Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι ᾗ θέμις ἐστί.* Apoll. Rh. (1, 692.) *Αὔτως ᾗ θέμις ἐστὶ*, i. e. *οὕτως ὡς προσῆκόν ἐστι*, Ut convenit, decet. Rursum Hom. sequente infin., Od. Ξ. (57.) *Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι, Ξεῖνον ἀτιμῆσαι.* Ubi *θέμις* potest etiam accipi pro *ἔθος*, Mos: ut dicat sibi moris non esse rejicere hospitem peregre advenientem. Nisi malis, Æquum et fas non esse censeo, Non mihi justum et fas esse ducitur. Idem interdum cum gen., Il. I. (133.) *καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι Μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι, ἠδὲ μιγῆναι, Ἣ θέμις ἀνθρώπων πέλει, ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν.* Qui versus leguntur et Il. T. (177.) nisi quod pro ultimo ibi habetur, *Ἣ θέμις ἐστὶν ἄναξ ἤτ' ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν.* Sic Od. Ξ. (130.) *Καί οἱ ὀδυρομένῃ βλεφάρων ἀπὸ δάκρυα πίπτει, Ἣ θέμις ἐστὶ γυναικὸς, ἐπὴν πόσις ἄλλοθ' ὄληται*, Ut mulierem decet. [Cf. Il. Λ. 778. Ψ. 44. 581. Soph. Œd. C. 1191.] || *Θέμιστες* dicuntur etiam Tributa et vectigalia quæ principi populum persolvere jus imperat. Il. I. (155.) *Οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι θεὸν ὣς τιμήσουσι, Καί οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας*, i. e., ut Schol. exp., *ὑποταγέντες αὐτῷ κατὰ τὸ δίκαιον, λαμπροὺς τελέσουσι φόρους*: [cf. 298.] || Eustathio vero *θέμιστες* sunt non modo *τὰ νομοθετούμενα*, Legibus sancita, sed etiam

A Pass. *Τυφόομαι,* Efferor, Insolesco, ut Hesychio quoque *τυφωθεὶς* est *ἐπαρθεὶς, ὑπερηφανεύσας.* Lucian. (1, 473.) *Καὶ μάλιστα ἐκείνων ἥπτετο τῶν ἐπὶ πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς τετυφωμένων, καὶ μονονουχὶ καὶ προσκυνεῖσθαι περιμενόντων.* Alciphr. 38. *Δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ τούτων τετυφῶσθαι, καὶ ὑπερεντρυφᾶν ἡμῖν.* Diog. L. in Antisth. 202. meæ Ed. *Ἔσκωπτε Πλάτωνα ὡς τετυφωμένον· πομπῆς οὖν γινομένης, θεασάμενος ἵππον φρυακτὴν, φησὶ πρὸς τὸν Πλάτωνα, Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής.* Ubi nota, eum, qui sese effert et jactat in modum equi ferocis, *τετυφῶσθαι* dici. Sic Basil. *Μὴ τυφωθῇς, μηδ' ὑπεραρθῇς, μὴ μείζω φρονήσῃς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.* Interdum vero *τετυφωμένος* dicitur *ὁ ἔξω φρενῶν γεγονὼς καὶ ἐμβρόντητος,* inquit Bud. afferens e Dem. (229.) *Οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο· οὐχ οὕτω τετύφωμαι.* Et rursum ex Eod. (409.) *Ἀλλ' ἐγὼ μαίνομαι καὶ τετύφωμαι νῦν κατηγορῶν.* Ubi sicut *μαίνομαι* et *τετύφωμαι* copulantur, ita *τετυφωμένος* et *μανικὸς* ap. Aristot. Probl., quærentem *διὰ τί ὁ οἶνος τετυφωμένους ποιεῖ καὶ μανι-* B *κούς.* Plut. vero *τετυφῶσθαι* et *δαιμονᾶν* copulavit (6, 647.) *Τετύφωνται καὶ δαιμονῶσιν οἱ θεοῖς ταῦτα δρᾶσθαι νομίζοντες.* Lucian. vero *τετυφωμένον* et *ἀνόητον,* (1, 40.) *Ἀντὶ δὲ ἀνοήτου τε καὶ τετυφωμένου γενέσθαι μετριώτερον.* Ubi possit tamen et pro Elato ac insolente accipi, cum ei opponat *τὸν μέτριον.* Alioqui cum pro Demente capitur, opponi solet ei *ὁ φρένας ἔχων* et *ὁ ὑγιαίνων,* velut ap. Plut. de Exilio, *Φρένας ἔχων, καὶ μὴ παντάπασι τετυφωμένος:* et ap. Dem. (116.) *Ἂν δὲ ληρεῖν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε.* Itidem Bud. accipit ap. Lucian. (2, 758.) *Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐκ ἄγνωμον αὐτῶν καὶ παντελῶς τετυφωμένον, τὸ περὶ τῶν οὕτως ἀδήλων λέγοντας, μηδὲν ὡς εἰκάζοντας ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ ὑπερδιατείνεσθαι:* cum enim interpretatus esset, Arrogans et superbum, subjungit, Vel potius Delirum et insanum. *Τετύφωμαι* signif. etiam Stupeo, ut ap. Dem. (552.) *Ἀγνοεῖτε τὸ πρᾶγμα, ὦ βουλὴ, καὶ τὸν αὐτόχειρα ἔχοντες, μέλλετε καὶ ζητεῖτε καὶ τετύφωσθε.* [" *Τετυφωμένος,* Stupidus, Aristot. C Probl. 3, 16." Seager. Mss. " Toup. ad Longin. 381. Opusc. 1, 457. 505. 2, 283. ad Lucian. 1, 230. Wakef. S. Cr. 2, 83. 4, 203. 205. Alciphr. 356. Paul. Sil. 74, 156. Thom. M. 842. Dionys. H. 2, 1158. Heind. ad Plat. Hipp. 146." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 247." Wakef. Mss. Demosth. 116. *Ληρεῖν καὶ τετυφῶσθαι:* 749. *Τετυφῶσθαι τὸν ταῦτα λέγοντα ἔφη.* Schleusn. Lex. N. T. * " *Τετυφωμένως,* Superbe, Clem. Alex. 162." Kall. Mss. Stulte, Stolide, Demosth. 665. * " *Τύφωσις,* Tzetz. Ch. 10, 572." Elberling. Mss.]

Ἐκτυφόω, i. q. *ἐκτύφω,* i. e. In fumum redigo. Pass. *Ἐκτυφοῦμαι,* ut *ἐκτύφομαι,* In fumum vanesco, Bud. e Diosc. (1, 83.) *Ἡ δὲ ῥητίνη εἰς καπνὸν ἐκτυφοῦται.* [Vide *Ἴσις.* " Valck. Phœn. p. 743." Schæf. Mss. Polyb. 16, 21. Conf. c. *ἐκτυφλόω,* Philo 1. p. 3. Pf. * *Ἐπιτυφόω,* Suidæ et Hes. *ἐπικαίω,* " Mœris p. 150. et n." Schæf. Mss. * *Συνεπιτυφόω,* Una ad fastum incito, Plut. 6, 213. * " *Ὑποτυφόω,* Philo J. 1, 665." Wakef. Mss.]

D AT VERO *Τυφῶν,* SIVE *Τυφὼς,* pro quo Poëtæ dicunt ETIAM *Τυφάων* ET *Τυφωεὺς,* Gigantis nomen proprium est, quem Lat. itidem Typhonem s. Typhona dicunt, et Typhoëa Hom. Il. B. (782.) *ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαῖαν ἱμάσσῃ Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.* Hesiod. Θ. (869.) *Ἐκ δὲ Τυφωέος ἔστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.* Multa de hoc gigante Eust. multis in locis, præsertim vero p. 157., ubi scribit *τυφῶνα* esse *πνεῦμα θερμὸν,* denominatum a *τύφω* significante *καίω,* Uro, Accendo, Inflammo: a Poëtis autem fingi *δαίμονα ἀντίπαλον τῷ Διὶ, καὶ ἐπικεῖσθαι Αἴτνην τὸ ὄρος, καὶ κάτωθεν κρατῆρας ἀναφυσᾶν πυρός*: ut et Ovid. Met. 5. Vasta giganteis injecta est insula membris Trinacris, et magnis subjectum molibus urget Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes. Nititur ille quidem pugnatque resurgere sæpe, Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro, Læva, Pachyne, tibi, Lilybæo crura premuntur. Degravat Ætna caput: sub qua resupinus arenas Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus. At Lucan. 4. Cu-

ditur Inarimes æterna mole Typhoeus. [Apoll. Rh. 2, 1210.] Plut. (10, 602.) Τυφῶνα esse dicit τὴν ἐμβροντησίαν καὶ τὸν τῦφον, καὶ τὰς ἐπαχθεῖς καὶ ὑπερόγκους κατοικήσεις καὶ μεγαλαυχίας, allegorice accipiens id vocab. et ad animum transferens. De Ægyptio autem Typhone vide Herod. (2, 156. 3, 5.) et Diod. S. ‖ Alioqui et Flatus repentini nomen est τυφῶν, s. Procellæ. Plin. 2, 48. loquens de repentinis flatibus, qui exhalante terra coorti, rursusque dejecti, interim obducta nubium cute multiformes existunt, Vagi quippe, inquit, et ruentes torrentium modo, tonitrua et fulgura edunt; majore vero illati pondere incursuque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur a Græcis ἐκνεφίας. Sin vero depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, h. e. sine fulmine, vorticem faciunt, qui τυφῶν vocatur, i. e. vibratus ἐκνεφίας. Ubi nota τυφῶνα dici Vorticem sine igne factum: ut Eur. etiam Schol. τυφὼς est ἡ ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως πρὶν ἐκπυρωθῆναι τὸν ἀέρα συστροφή: itidemque Suidæ τυφῶν est οὐχ ἡ φλὸξ ἐκ τοῦ ἀέρος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως συστροφὴ πρὸ τοῦ ἐκπυρωθῆναι: quo modo in Plat. Phædro usurpari hoc vocab. annotat. Aristot. de Mundo (4, 18. 6, 22.) τυφῶν est τὸ ἀστράψαν ἄχρι τῆς γῆς διεκθέον, ἐὰν ἄπυρον ᾖ παντελῶς, Si id, quod fulserit, ad terram usque cursu illisum sit, ignisque nihil interim conceperit: qui, inquit Bud., est vortex procellosus et everberans. Idem Philosophus Meteor. 3. init. τυφῶνα fieri scribit, ὅταν ἐκνεφίας γιγνόμενος μὴ δυνῆται ἐκκριθῆναι τοῦ νέφους: esse autem διὰ τὴν ἀντίκρουσιν τῆς δίνης, ὅταν ἐπὶ γῆν φέρηται ἡ ἕλιξ συγκατάγουσα τὸ νέφος, οὐ δυναμένη ἀπολυθῆναι. Meminit et Gell. horum τυφώνων, 19. init. Quin turbines etiam, inquit, crebriores, et atrum cœlum, et fumigantes globi, et figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας vocant, impendere imminereque ac depressuræ navem videbantur. Vocatur ventus hic non solum τυφῶν, sed etiam τυφώς. Eur. Phœn. (1161.) Τυφὼς πύλαισιν ὥς τις ἐμπεσών. Aristoph. B. (870.) Ἄρν' ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε. Τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται. Ubi Schol. ait τυφὼς nominari τοὺς καταιγιδώδεις ἀνέμους: Ἱππ. (508.) Καὶ γενναῖος πρὸς τὸν τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην. Ubi Idem rursum esse τυφῶ ait ἀνέμου συστροφήν: ἐριώλην autem, ἀναθυμιάσεως συστροφήν, πρὶν ἐμπυρωθῆναι τὸν ἀέρα: sed τυφῶ esse μεῖζόν τι πνεῦμα καὶ κακοποιόν, ideoque τῇ ἐριώλῃ postponi debuisse a Poëta in eo loco. Suidas præterea esse dicit πνεῦμα καπνῶδες, ἐρρωγὸς ἀπὸ νέφους. [Blomf. Gloss. in Æsch. Pr. 359. 362. S. c. Th. 489. Ag. 639. "Τυφὼν, Ruhnk. Ep. Cr. 21. Toup. ad Longin. 308. Opusc. 1, 506. ad Timæi Lex. 260. ad Lucian. 1. p. xxxiv. Voss Myth. Br. 1, 217. 238. Heyn. ad Hesiod. 95. 150. Thom. M. 861. ad Charit. 692. Heind. ad Plat. Phædr. 197. Brunck. Aristoph. 1, 189. De accus., ad Mœr. 366. Τυφὼς, Ruhnk. l. c. ad Mœr. 54. Toup. Opusc. l. c. 2, 284. Thom. M. l. c. Wakef. S. Cr. 4, 205. Brunck. l. c. Soph. 3, 531. De accus., Mœr. 366. et n. * Τύφως, de dat., ad Eund. 177. (* Τύφων, δαίμων, Gl. Typho.) Τυφωεὺς, Wolf. ad Hesiod. 130. Ilgen. ad Hymn. 306. 317. Ruhnk. l. c. * Τυφωνεὺς, ibid." Schæf. Mss. Τυφὼν, Lucian. 4, 227. Ὁ λεγόμενος τυφὼν ἀνεμώδης, ὅν τινες στρόβιλον ὀνομάζουσιν: Theol. Arithm. p. 31. Fulgur, Heliod. Æth. p. 22. Achill. Tat. 1, 12. Τυφὼς, Soph. Ant. 418. καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς Τυφὼς ἀείρας σκηπτόν. Dat. Τυφῷ, Æsch. Ag. 665. Aristoph. Λ. 974. Μεγάλῳ τυφῷ καὶ πρηστῆρι Συστρέψας, nisi cum Schneidero nominat. * Τυφὸς, ὁ, fingamus. Attice Τυφῶν, Arcad. 94. * Τυφωνοειδὴς, adv. * Τυφωνοειδῶς, Strabo 5. p. 380.] Τυφωνικὸς, Typhonicus, Plut. de Def. Orac. Τὰ Τυφωνικὰ καὶ τὰ Τιτανικὰ, Res Typhonis et Titanum. At Act. 27, (14.) Ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος εὐροκλύδων, maluit novissimus Interpres vertere Turbulentus ventus quam Typhonicus, vel Ventus tempestuosus ac typhonis quodammodo æmulus: quoniam sc. Lucas ibi non Repentinum turbinem fuisse dicit, qualis est typhon, sed tempestatem diuturnam. [" Toup. Opusc. 1, 504. 506. Jacobs. Anth. 8, 295. Matth. ad Act. Apost. p. 280. * Τυφώνιος, ad Timæi Lex. 260. ubi p. 261. * Τυφώνειος." Schæf. Mss. Τυφώνειος et * Τυφώειος conf., Apoll. Rh. 2, 1210. * Τυφώνιοι, Dementes, Stob. Phys. 1076.] Pro Τυφωνία autem quod esse dicitur Genus delirii cum furore mixtum, Furiosus delirusque lethargus, Lethargicus furor et delirium, videndum ne scribi debeat τυφομανία, de quo supra. Habet porro et Τυφάων suum derivatum, nimirum Τυφαόνιος: ut Τυφαονία πέτρα, in Caucaso: quæ sic dicta est διὰ τὸ ἐν αὐτῇ διωκόμενον τὸν Τυφῶνα ὑπὸ Διὸς πεπλῆχθαι τῷ κεραυνῷ, ut annotatur in meo vet. Lex., ubi etiam additur, eum πληγέντα ἀπελθεῖν ἐν τῇ Σερβωνίδι λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ καιόμενον, καὶ εἰς τὸ βάθος αὐτῆς ἐμπεσεῖν, καὶ δῦναι συνεχόμενον ὑπὸ τῆς ἐκκαύσεως: ipsum certe lacum emittere quendam calorem, veluti Typhone in eo ardente. Lat. Typhoëus dicunt et Typhoius: ut Typhoëa tela, Virg. Typhoia cervix, Claudian. [" Τυφαόνιος, Jacobs. Anth. 9, 346." Schæf. Mss. " Eust. Od. 386, 22. ex Opp." Wakef. Mss.]

" Τωθάζω, Dicteriis incesso, Irrideo, Mordeo opprobriis. Redditur etiam Convitiis incesso. Aristoph. Σφ. (1362.) ἵν' αὐτὸν τωθάζω νεανικῶς." [1368.] " Aristot. Rhet. 2. Οἱ ἐπιδέξιοι τῷ τωθάσαι." [" Valck. Adoniaz. p. 260. Phœn. p. 588. Diatr. 26. ad Mœr. 366. ad Timæi Lex. 261. Toup. Opusc. 1, 190. Emendd. 4, 451. Bergler. ad Alciphr. 248. Jacobs. Anth. 7, 244. 9, 458. Boiss. Philostr. 511. Heind. ad Plat. Hipp. 146." Schæf. Mss. Athen. 622.] " Θωτάζει, Hes. ἐμπαίζει, χλευάζει: quod et " τωθάζει." " Τωθασμὸς, Irrisio." [" Ad Timæi Lex. 261." Schæf. Mss. Aristot. Polit. 7, 17. * " Τώθασμα, Risus, Suid. v. Ἀδάμ." Kall. Mss.] " Τωθαστὴς, Irrisor. Τωθαστικὸς, Irrisorius." [J. Poll. 9, 148. " Lemma Epigrammatis in Anthol. Pal. 9, 435." Boiss. Mss. " Ad Herodian. Philet. 442. Jacobs. Anth. 6, 317. 8, 217." Schæf. Mss.] " Quinetiam Τωθαστικῶς, Irrisorie, Cum irrisione, ap. Diog. L. Speusippo (4, 2.) Καὶ Διονύσιος πρὸς αὐτὸν γράφων τωθαστικῶς, φησὶ, καὶ ἐκ τῆς μαθητρίας σου ἐστὶ τὴν φιλοσοφίαν καταμαθεῖν." [" Julian. 330." Wakef. Mss. * Τωθαστὶ, idem, Schn. Lex. ἀμαρτύρως. * " Ἀντιτωθάζω, Conon Narrat. 49. Pierson. ad Mœr. 367." Kall. Mss. * " Ἀποτωθάζω, Philostr. V. S. 1. p. 526. * Διατωθάζω, Alciphr. 2, 4. " Bergler. p. 248." Schæf. Mss.] " Ἐπιτωθάζω, Irrideo, Derideo, Convitior. Theodoritus Hist. Eccl. 3. Ὁ δὲ ὑπὸ τῶν μελιττῶν ἐσθιόμενος, οὐ μόνον οὐκ ἐδήλου τὰς ἀλγηδόνας, ἀλλὰ καὶ ἐπετώθαζε τοῖς ἀνοσίοις. Apud Eund. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις τοῦ σταυροῦ τὴν νίκην ἐκήρυττον, καὶ τοῖς ἐκείνου μαντεύμασιν ἐπετώθαζον. Quidam exp. etiam κολακεύω, Assentor, Adulor." [Suid. v. Ἀλλᾶς. " Phryn. Ecl. 168. ad Mœr. 366. ad Timæi Lex. 261. Toup. Emendd. 1, 287. Bergler. ad Alciphr. 248. Brunck. Soph. 1. p. ix. Ed. 2." Schæf. Mss. " Appian. 2, 157." Wakef. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. * Ἐπιτωθασμὸς, ibid. Polyb. 3, 80, 4. Philo V. M. 1. p. 605. Heliod. 10. p. 494. * Κατατωθάζω, 6. p. 265. " Ad Mœr. 367." Schæf. Mss. * Φιλοτωθάζω, s. * Φιλοτωθάσσω, Hippocr. Epist. p. 1285. Schottus autem Nod. Cic. 2, 9. βασκανίην * φιλοτώθαστον restituendum notavit. * Τωθεία, ἡ, (quasi a v. * Τωθεύω,) i. q. τωθασμὸς, Dionys. Alex. ap. Euseb. Pr. E. 14. p. 782. " Ad Timæi Lex. 261." Schæf. Mss.]

Υ

"Υ Una e vocalibus est, a cujus figura os quoddam ad radicem linguæ situm vocatur ὑοειδὲς, a quibusdam et ὑψιλοειδές. Quæ vocabula suis locis vide. Υ ab Æolibus ponitur pro ο, dicentibus ὄνυμα pro ὄνομα: unde est ὀνυμαίνω." [" Υ et Β conf., Jacobs. Anth. 10, 230. 412. Valck. Phœn. p. 548.: υ et οι, p. 574. T. H. ad Plutum p. 204. Bentl. ad Callim. 304. ad Charit. 257. Koen. ad Greg. Cor. p. 7(=18.): υ et φ, T. H. ad Plutum p. 218.: ὔ, Bast Lettre 39." Schæf. Mss. Vide Ind. ad Greg. Cor. Ed. Schæf.]

"Ὓ, Ὗ, ap. Aristoph., ad exprimendum sonum quem quis olfaciens edit, spiritum naribus attrahendo. Nam in Πλ. (896.) carnes suillas olfaciens sycophanta, dicit, ἔνδον ἐστὶν ὦ μιαρωτάτω Πολὺ χρῆμα τεμαχῶν καὶ κρεῶν ὠπτημένων: subjungens, ὓ ὕ. ὓ ὕ. ὓ ὕ. ὓ ὕ. ὓ ὕ. ὓ ὕ. Cui Carion respondet, Κακόδαιμον ὀσφραίνει τί; Sed Schol. aliam quoque exp. affert: ut sc. sit ἐπίῤῥημα θαυμαστικόν:" [Brunck. edidit: ὓ ὕ, ὓ ὕ, ὓ ὕ, ὓ ὕ, ὓ ὕ, ὓ ὕ, ut sexies repetita interjectio ὓ ὕ senarium efficiat. " T. H. p. 305. 307. Jacobs. Anth. 8, 283." Schæf. Mss.]

ΥΑΚΙΝΘΟΣ, ἡ, vel ὁ, Hyacinthus, Nomen pueri cujusdam, quem Apollo usqueadeo dilexit, ut cum inter ludendum disco eum imprudens occidisset, herbam et florem quendam e cruore effuso in terram produceret, et ejus nomine ornaret, in perpetuam memoriam: unde ap. Ovid. Met. 10. ubi infortunatus ille casus describitur, Te (Hyacinthe, inquit Apollo,) lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt, Flosque novus scripto gemitus imitabere nostros: (ita enim in eo discurrunt venæ, ut Græcarum literarum AI figura legatur inscripta: quod αἶ αἶ est dolentis et gementis:) Tempus et illud erit, quo se fortissimus heros (Ajax sc.) Addat in hunc florem, folioque legatur eodem. Talia dum vero memorantur Apollinis ore, Ecce, cruor, qui fusus humi signaverat herbas, Desinit esse cruor; Tyrioque nitentior ostro Flos oritur, formamque capit quam lilia, si non Purpureus color his, argenteus esset in illis. Non satis hoc Phœbo est, (is enim fuit auctor honoris,) Ipse suos gemitus foliis inscribit, et AI AI Flos habet inscriptum, funestaque litera dicta est. Sic et Plin. 21, 10. Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore editi, ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura AI legatur inscripta. Unde et γραπτὰ ὑάκινθος a Theocr. dicitur, cujus verba paulo post afferam. Euphorion quoque cecinit, Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν Ῥοιτείῃς ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο Εἴαρος ἀντελλομένου γεγραμμένα κωκύουσαν. Nicander eandem ob causam πολύθρηνον ὑάκινθον nominavit Θ. 902. quoniam Apollo, cum Ὑάκινθον Παῖδα λαβὼν προπάροιθεν Ἀμυκλαίου ποταμοῖο Πρωθήβην, — ἀεκούσιος ἔκτα, — ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσῃ Πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα, eum πικρῶς θρήνησεν, ut ibid. canit idem Poëta. Nota vero πορφυρέη ὑάκινθε in Euphorionis loco, ut Maroni quoque dicitur Purpureus hyacinthus, et Suave rubens hyacinthus. Sic vero et Diosc. 4, 63. in hyacinthi herbæ descriptione, inter alia dicit eam habere κόμην ἐπικειμένην κυρτὴν ἄνθους πλήρη πορφυροειδοῦς. Et ab Ovid. in præcedente l. is flos esse dicitur purpureus Tyrioque nitentior ostro: unde sunt qui hyacinthum esse dicant lilium purpureum aut rufum. Rursum a Virg. Ferrugineus vocatur hyacinthus, qui pro ὑάκινθον μέλαιναν ap. Theocr. dixit Vaccinia nigra. Nam hoc distichon ejus ex Id. 10, (28.) Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος, Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται, sic vertit, (vel potius repræsentavit, aut certe ad ipsum respexit,) Ecl. 10. quid tum si fuscus Amyntas? Et nigræ violæ sunt, et vaccinia nigra. Et Ecl. 2. O formose puer, nimium ne crede colori, Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Ajunt esse hyacinthos etiam e candido pallidos, quos dicendos potius esse bulbos sylvestres; atque adeo hyacinthum, qui a quibusdam pingitur, frequentem in segetibus et pratis, a nonnullis verum esse Discoridis bulbum existimari. Diosc. delphinii etiam speciem quandam scribit ὑάκινθον nominari, 3, 85. Notandum vero, cum de herba et flore usurpantur, non modo feminino genere dici ἡ ὑάκινθος, ut in illo Euphorionis et Theocr. loco, sed etiam masculino: quo modo Philo usurpavit V. M. 3. et Latini. || Ὑάκινθος est etiam Gemmæ nomen ap. Lucian. Epigr. quodam, et Jo. Apoc. 21, (20.) A colore hyacinthi flori simili id nomen invenit; nam scribit Plin. 37, 10. huic gemmæ velut e carbunculo refulgere quendam in purpura leviter roseum colorem, et fulgorem violaceum dilutum. || Ὑάκινθος dicitur præterea Lana s. Fila hyacinthino colore imbuta: Exod. 28, (19.) Λήψονται τὸ χρυσίον καὶ τὴν ὑάκινθον καὶ τὴν πορφύραν καὶ τὸ κόκκινον καὶ τὴν βύσσον. Ibid. Ὑακίνθου κεκλωσμένης. [" De Hyacintho flore passim multa disputat Athen. 15. Singula loca indicavi in Ind. Rer. et Person. in Athen. Cf., quem laudavi, Bochart. Hieroz. P. 2. L. 5. c. 10." Schw. Mss. " Ad Charit. 545. Jacobs. Anth. 6, 106. 361. ad Meleagr. p. 6. Villoison. ad Long. 237. 272. Paul. Sil. 17. et n., Boiss. Philostr. 475. Lobeck. Aj. p. 364. Musgr. Hel. 1485. Toup. Append. in Theocr. p. 18. in Schol. Theocr. p. 218. Harles. ad Schreb. ad Eund. p. 172. T. H. ad Lucian. Dial. p. 73. ad Eund. 1, 238. 240. Paus. 1, 314. Valck. ad Il. 22. p. 83. Wyttenb. Ep. Cr. 62. Heyn. ad Virg. Bucol. p. 39. 63." Schæf. Mss. Nicander Athenæi p. 683. Ἶρις δ' ἐν ῥίζῃσιν ἀγαλλομένη ὑακίνθῳ * Αἰαστῇ προσέοικε. Vide Schn. Lex. Schleusn. Lex. V. T.]

Ὑακινθώδης, Hyacinthinus, i. e. Hyacintho similis.

Ὑακίνθινος, itidem Hyacinthinus, Purpureus vel Subniger in modum hyacinthi: ut ὑακίνθινον χρῶμα. [" Licet πορφυρέη passim nominetur ὑάκινθος, ap. Athen. 677. et Schol. Theocr. 10, 28.; color tamen hyacinthinus, quippe ad nigrum vergens, distinguitur a purpureo ap. eund. Athen. 525. Cœruleum esse colorem multis variorum Auctorum testimoniis ostendere conatus est Bochartus loco supra cit., col. 729." Schw. Mss.] Et ὑακίνθινα δέρματα, Exod. 25, (5.) Pelles hyacinthini coloris, Pelles hyacinthinæ. Pers. cui circum humeros hyacinthina læna. [Gl. Ferrugineus. " Ad Charit 545. Eur. Iph. A. 1298. Jacobs. Anth. 6, 106. Bast Lettre 215. Boiss. Philostr. 475." Schæf. Mss. Od. Z. 231. Ψ. 158. Schleusn. Lex. V. T.] Ὑακινθινοβαφής, Hyacinthino tinctus colore, Imbutus colore qui hyacinthi in modum purpurat et suave rubet. Xen. K. Π. 6, (4, 1.) Χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη, στολιδωτὸν τὰ κάτω, καὶ λόφον ὑακινθινοβαφῆ. [" Ad Charit. 545." Schæf. Mss. " Arrian. 272." Wakef. Mss.]

Ὑακινθὶς, ίδος, ἡ, Hyacinthis. Athen. (173.) Ἐν τῇ Λακωνικῇ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς καλουμένης Ὑακινθίδος, Quæ ab interemto ibi Hyacintho dicta est Hyacinthis; nam in agro Laconico periisse Hyacinthum, patet ex Ovidio Metam. 10. et e verbis Nicandri in Ὑάκινθος allatis. Sed et Erechthei filias vocatas

fuisse Ὑακινθίδας testatur Demosth. [1397. " Ad Diod. S. 2, 171." Schæf. Mss.]

Ὑακίνθια, τὰ, Festum Lacedæmone in Hyacinthi honorem agitari solitum: quod ET Ὑακινθόκωμον nominatum fuisse Hes. videtur innuere. Athen. e Didymo et Polycrate, (139.) Τὴν τῶν ὑακινθίων θυσίαν οἱ Λάκωνες ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας συντελοῦσι, καὶ διὰ τὸ πένθος τὸ γενόμενον περὶ τὸν Ὑάκινθον, οὔτε στεφανοῦνται ἐπὶ τοῖς δείπνοις, οὔτε ἄρτον εἰσφέρουσιν, ἀλλὰ πέμματα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα διδόασι, καὶ τὸν εἰς τὸν θεὸν παιᾶνα οὐκ ᾄδουσιν, ἀλλὰ μετ' εὐταξίας πολλῆς δειπνήσαντες ἀπέρχονται. Meminit ejusd. festi Xen. Ἑλλ. 4, (5, 11.) et Ovid. Met. 10. ubi canit, Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque Durat in hoc ævi, celebrandaque more priorum Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa. [" Ad Herod. 601. 693." Schæf. Mss.]

Ὑακινθίζω, Hyacinthum refero, Hyacinthum imitor, Hyacinthino sum colore. De gemma dictum ap. Areth., ut et ap. Plin. 37, 5. Quarto loco numerantur ὑακινθίζοντες.

ὙΑΛΟΣ, SIVE Ὕελος, ἡ, [et ὁ, Theophr. de Lap. 49.] Vitrum. Lucian. (2, 34.) Παμμεγέθη ἐκπώματα ὑαλᾶ, τῆς καλλίστης ὑάλου, E pulcerrimo vitro. Ubi etiam subjungit, quendam κατάξαντα τὸν μέγιστον τῶν σκυφῶν, ἑνὶ τῶν θραυσμάτων χρήσασθαι εἰς σφαγὴν, ἐντεμόντα τῇ ὑάλῳ τὸν λαιμόν. Alex. Aphr. Ὥσπερ δι' ὑέλου ἐμφαίνει τὸ εὐανθὲς τοῦ χρώματος. Probl. 1. Αἱ ὕελοι ἐν τῷ χειμῶνι θερμοῦ σφόδρα τινὸς ἐμβληθέντος ῥήγνυνται. Et rursum, Ῥῆξιν ἐργάζεται τῷ τῆς ὑέλου σώματι. ‖ Ὕαλος dicitur etiam Crystallus: [" sic illud ἐξ ὑάλου s. ὑέλου ap. Herod. 3, 24. rectius E crystallo, quam E vitro interpretaberis." Schw. Mss.] idque ab antiquis, Schol. Aristoph. Ὕαλον ἡμεῖς μὲν ἀρτίως τὸ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένον καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν, (quibus verbis Vitrum intelligit,) οἱ παλαιοὶ δὲ, τὸν διαφανῆ λίθον, τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύον, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ. Ubi etiam obiter NOTA, Κρύος a vulgo usurpatum fuisse pro κρύσταλλος: si tamen κρύον eum scripsisse putandum est, et non potius κρύσταλλον. Annotat autem hæc in N. (766.) ubi Strepsiadi dicenti, Ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον Ταύτην ἑώρας τὴν καλὴν τὴν διαφανῆ, Ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι; respondet Socrates, τὴν ὕαλον λέγεις; Et rursum Schol. hanc ὕαλον esse dicit κατασκεύασμα ὑάλου τροχοειδὲς παχὺ, ὅπερ ἐλαίῳ χρίοντες καὶ θερμαίνοντες, προσάγουσι θρυαλλίδα, καὶ οὕτως ἅπτουσι. ‖ Quo pertinent etiam hæc Plinii 36, 26. Addita aqua vitreæ pilæ sole adverso in tantum excandescunt ut vestes exurant. Ut nostra quoque ætate quædam crystallina et chalybea specula eadem sunt vi prædita. Idem Schol. ὑάλου nomen Homero et antiquioribus ignotum esse ait, usurpatum autem pro eo esse ἤλεκτρον. ‖ Gorr. certe et ipse tradit ὕαλον a quibusdam dici Speciem Succini fulvi et pellucidi vitri instar: qua de re plura in Ἤλεκτρον. Præterea notandum esse ait, fem. genere et per α dici ἡ ὕαλος: nam Atticam esse illam generis usurpationem et scripturam tradunt tum alii, tum Eust. et Lex. meum vetus, atque Etym. Quibus facile assentior, cum ap. Aristoph. reperiatur, scriptorem per omnia Ἀττικόν. Alterius autem scripturæ meminere Hes. quoque et Suid. nec non ipse Etym.: quam tamen rejicit. ‖ Hesychio vero ὕελος est etiam βόρβορος, Lutum, Cœnum. Quod vocab. ex ὕω derivari posset, quoniam sc. pluviis cœnosiores fiunt viæ. [" Ὕαλος, Phryn. Ecl. 136(=309. Lob.) Thom. M. 862. Jacobs. Anth. 7, 63. 9, 41. 348. 10, 122. 155. Kuster. Aristoph. 59. ad Mœr. 373. Toup. Opusc. 2, 128. ad Herod. 198. 206. ad Diod. S. 1, 128. 179. Magazin Encycl. par Millin N. ix. T. 3. p. 92. Ὕελος, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 57. Phryn. l. c. Jacobs. Anth. 7, 63. 335. 9, 348. Thom. M. l. c. ad Mœr. l. c. ad Herod. 136. 198. 206. ad Diod. S. 1, 179." Schæf. Mss. " Τὴν ὕαλον, Vitrum, Athenæi ætate conficiebant Alexandrini, conformantes illud in varias poculorum formas, Athen. 487. T. 4. p. 224. Ed. Schw."

A Schw. Mss. Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 2, 223. Phryn. Bekkeri 68. Philemon Lex. 103. Theophr. de Igne p. 436. Plato Timæo p. 369. Paul. Æg. 6, 22. Schn. Lex. Schleusn. Lex. V. T.]

SED ET Ὑάλη dicitur pro ὕαλος, teste Hes. et Suida: ut τύλη pro τύλος. [Ad Greg. Cor. 425.] Id ipsum tamen ὑάλη Hes. est etiam βόμβυξ, σκώληξ, Vermiculus quidam qui βόμβυξ nominatur: itidemquo ὑάλεται affert Idem, et exp. σκωληκιᾷ, a THEM. Ὑάλομαι, significante σκωληκιῶ, Vermiculor, A vermibus infestor s. erodor.

Derivata ex Ὕαλος.

Ὑαλοειδὴς, Vitri formam habens, figuram referens, modo pellucidus: ut ὑαλοειδὴς χιτὼν τοῦ ὀφθαλμοῦ ap. Medicos, quæ et κρυσταλλοειδὴς, teste J. Poll.: quanquam alii inter eos distinguant. Gorr. enim, Ὑαλοειδὲς ὑγρὸν, inquit, Vitreus humor, est Humor oculi a tergo crystallini humoris situs, vitro fuso similis: non ambiens universum crystallinum, sed B dimidium tantum posteriore parte, ut qui ejus diametrum non excedat, qui a dextra ejus parte in sinistram ducitur. [Theophr. Fr. 2, 30. Orph. L. 277. * Ὑαλοκέρας, Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 2, 223.] Ὑαλοτέχνης, ὁ, Vitri artifex. Idem et Ὑελέψης. [* Ὑαλόχρους, Leon. Tar. 5. " Jacobs. Anth. 7, 62. 8, 383. Toup. Opusc. 1, 243." Schæf. Mss.] Ὑαλουργὸς, Qui vitra conficit, Vitriarius, ὑελέψης, [Strabo 16. p. 1099. " Thom. M. 863." Schæf. Mss.] Ὑαλουργεῖον, τὸ, Locus ubi vitra fiunt, Vitriaria officina, [Gl. Vitrarium. * " Ὑαλοψὸς, ad Lucian. 2, 332." Schæf. Mss. * Ὑαλώπης, unde * Ὑαλῶπις, Orph. L. 607. ἴασπιν.]

[* " Εὔϋαλος, Jacobs. Anth. 10, 212. (2, 256. Wech. 2, 412. Brunck.)" Schæf. Mss.]

Ὑαλώδης, i. q. ὑαλοειδὴς, Vitro similis, Vitreus, [" Pallad. de Febr. 26. 90." Kall. Mss.]

Ὑαλόεις, idem: ὑαλόεν, Hes. διαφανὲς, λαμπρὸν, Pellucidum, Lucidum, Splendidum. [" Phryn. Ecl. 137. Jacobs. Anth. 10, 122. 178." Schæf. Mss.]

C Ὑαλεὶς, idem. Affert enim idem Hes. ὑαλὲν pro λαμπρὸν, ὑαλίζον, Splendidum, Vitrum pelluciditate referens. Sed suspecta mihi est ea scriptura.

Ὑάλεος, et per CONTR. Ὑαλοῦς, Vitreus, E vitro confectus. Lucian. (2, 34.) Παμμεγέθη ἐκπώματα ὑαλᾶ τῆς καλλίστης ὑάλου, Prægrandia pocula vitrea e vitro pulcerrimo. [" Phryn. Ecl. 136. Thom. M. 863. Jacobs. Anth. 10, 122. De facie, Toup. Append. in Theocr. p. 21." Schæf. Mss. Clem. Alex. Pæd. 2. p. 191. " Phot. Ὕαλος—καὶ ὕαλα σκεύη, lege ὑαλᾶ, quam adjectivi formam, Atticis, si satis memini, ignotam recentiores adamant: ὑαλᾶ σκεύη, Strabo 4, 5. p. 69. Dio Cass. 57, 21. p. 869. λιθία ὑαλῆ, Arrian. Peripl. Erythr. p. 145. Geop. 9, 19. p. 616. Itaque ap. Hes. v. Τριόπιος pro ὑάλους non ὑαλίνους, neque ὑάλου, ut Salmasio visum, sed ὑαλοῦς reponendum." Lobeck. ad Phryn. 309.]

Ὑάλινος, idem: ut ὑαλίνη θάλασσα ap. Jo. Apoc. 4, (6.) Vitreum mare. Horat. quoque dicit Vitreo daturus Nomina ponto: sed paulo aliter. D [Lucian. 2, 104. " Phryn. Ecl. 136(=309. Lob.) Thom. M. 863. ad Mœr. 374. Jacobs. Anth. 7, 62. Ὑάλινος παῖς, Toup. Append. in Theocr. p. 20. et Ind., Emendd. 2, 35. Ὑάλ. ἔκπωμα, Kuster. Aristoph. 118." Schæf. Mss.]

Ὑαλὸς, idem. Affert enim Hes. ὑαλὸν pro λαμπρὸν et τίμιον: exponens tamen et πρᾶον, ἠλίθιον. Quæ postrema expositio si vera est, ὕαλος idem foret cum ὑηνὸς, et derivatum ab ὗς. [Corrigunt VV. DD. ἢ λίθον τίμιον, pro ἠλίθιον, τίμιον.]

[* Ὑαλίτης, fem. * Ὑαλῖτις, Strabo 16. p. 1099. ἄμμος.]

Ὑαλίζω, Vitrum imitor colore et pelluciditate, Pellucidus sum in modum vitri, Vitreo sum colore, Hes. in Ὑαλεὶς.

Ὑαλόω, In vitrum coverto. Pass. Ὑαλόομαι, Vitrum fio, In vitrum convertor, abeo. Ὑάλωμα, τὸ, Vitium in oculis equorum, sicut γλαύκωμα. Apsyrtus in Hippiatr. 1. Συμβαίνει δὲ ἐκ τούτου, ὃ καλεῖται ὑάλωμα, ὅμοιον ψηφῖδι λευκῇ.

[* Ὑαλίδιον, Gl. Vitriolum.]

Derivata ex Ὕελος.

[* "Ὑελοχρώδης, et * Ὑελοκυκάς. Brunck. Anal. 2, 141. Ἰδ' ὑελοχρώδεες ὄγχναι. Brunck. 3, 160. :—' In Codice corrupte scriptum ὑελακυκάδες, absque ullo sensu. Verisimile est quod reposui. Jacobs. 8, 383. ' Reiskius cum in Apogr. Lips. invenisset ὑελοκυκάδες, correxit * ὑετοκυκάδες. Sic aquosa pyra appellari posse putabat. Toupius in Cur. Nov. 169. *ὑελοοίδακες tentat, Cyathi ad instar tumentes.' Nescio an proba sit forma ὑελοχρώδης: nullam formam in χρώδης notam habeo. Sunt autem formæ a χρῶμα in χρώματος et χρωμος, ut μονοχρώματος et μονόχρωμος. Ita a σῶμα, ἐνσώματος et ἔνσωμος." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon.] Ὑελουργὸς, Vitriarius, Qui vitra conficit, Bud. e Diosc. Ὑελουργεῖον, τὸ, Officina vitriaria, [Diosc. 5, 182. * Ὑελουργικὸς, Geop. 20, 17. κάμινος.] Ὑελέψης, ὁ, Qui vitra coquit; coquitur enim vitrum, ut prolixe docet Plin. etiam 36, 26. Legitur ap. Hes. et exp. PER Ὑελοτέχνης, quod ad verbum sonat Artifex vitri, coquendi sc. et conficiendi. [Olympiod. ad Aristot. Meteor. "Thom. M. 863." Schæf. Mss. * Ὑέλοψος, i. q. ὑελέψης, Herodian. Epimer. 138. * "Ὑελλοψὸς (sic), Const. Manass. Chron. p. 138." Boiss. Mss.]

Ὑελώδης, [CONTR. e * Ὑελοειδὴς,] Vitreus, Vitro similis. [Gl.]

Ὑέλεος, et per CONTR. Ὑελοῦς, Vitreus, E vitro confectus: ut ὑελοῦν ἀγγεῖον ap. Diosc. Vas vitreum: [" s. crystallinum. Sic ap. Athen. quidem p. 129. ὑελοῦς πίναξ rectius Crystallinus discus, quam Vitreus intelligetur." Schw. Mss. "Thom. M. 863." Schæf. Mss. * "Ὑέλιος, Vitreus, Suid. v. Σπέκλον." Schleusn. Mss.]

Ὑέλινος, idem: unde ὑέλινα κάτοπτρα ap. Alex. Aphr. Vitrea specula. [" Thom. M. 863. Jacobs. Anth. 12, 355. 447." Schæf. Mss.]

Ὑελίζω, Vitrum imitor colore vel pelluciditate, Vitri in modum pelluceo.

[* "Ὑέλιον, Thom. M. 588. * Ὑελὶς, ad Mœr. 374." Schæf. Mss. Falsa est lectio pro * Ὑελῖτις, ex * Ὑελίτης, ap. Theophr. de Lap. 49.]

ὝΒΡΙΣ, εως, ἡ, Injuria; sed ea gravior: quare nonnunquam reddi potius debet Injuria contumeliosa, Injuria simul et contumelia, Injuria petulanter et proterve illata, Petulans et insolens injuria. Ab insolentia certe potissimum proficiscitur ὕβρις: unde dicitur κόρος τίκτειν ὕβριν: qui κόρος facit ut homines insolescant. Et Dem. c. Mid. (529.) Οὐκ εἶναι τῶν πάντων οὐδὲν ὕβρεως ἀφορητότερον: appellans ὕβριν, quod cum choragus esset festo quodam solemni, Midias ipsi pugnum incussisset. Itidemque aliquis queritur quidpiam esse ὕβριν, cum injuriam et contumeliam esse interpretatur quod quis fecit, sive cum injuria et contumelia se affectum esse dicit. Lucian. (1, 60.) de salutatoribus et cœnipetis minus laute exceptis quam sperassent, Πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, ἀπίασι διαβάλλοντες τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβριν ἢ σμικρολογίαν ἐγκαλοῦντες. Dem. (402.) Ἀδημονούσης δὲ τῆς ἀνθρώπου, καὶ οὔτε ἐθελούσης ᾄδειν οὔτ' ἐπισταμένης, ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἔφασαν, καὶ οὐχ ἀνεκτὸν εἶναι. Aristoph. Πλ. (886.) Ἆρ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ πολλή; Injuria proterva, et Immanis improbitas. At cum Socrates ap. Aristot. Rhet. 2. dicit, Ὕβριν εἶναι τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνασθαι ὁμοίως εὖ παθόντα ὥσπερ καὶ κακῶς, reddideris potius Contumeliosum et probrosum esse. Dicitur porro aliquis ὕβριν ἔχειν et ὀφέλλειν, nec non ὕβρει εἴκειν. Od. A. (368.) Μητρὸς ἐμῆς μνηστῆρες ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντες, Π. (86.) λίην γὰρ ἀτάσθαλον ὕβριν ἔχουσι. Et rursum (418.) Ἀντίνο' ὕβριν ἔχων, κακομήχανε. Sic Soph. El. (523.) Ἐγὼ δ' ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω, Injuriosa et contumeliosa non sum, Injuria et contumelia non afficio. Hesiod. Ἔργ. (1, 211.) σὺ δ' ἄκουε δίκης μηδ' ὕβριν ὄφελλε. Ubi ὕβριν ὀφέλλει is, cui ὕβριος μέλει, ut paulo ante dicit, οἷσιν Ἄρηος Ἔργ' ἔμελε στονόεντα καὶ ὕβριες. Rursum Hom. ὕβρει εἴκειν dicit eum, quem immanis improbitas et protervia ad flagitium aliquod perpetrandum impellit: Od. Ξ. 262. Οἱ δ' ὕβρει εἴξαντες, ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ, Αἶψα μάλ' Αἰγυπτίων ἀνδρῶν περικαλλέας ἀγροὺς Πόρθεον, ἐκ δὲ γυναῖκας ἄγον καὶ νήπια τέκνα, Αὐτούς τ' ἔκτεινον. In prosa vero aliquis dicitur πόῤῥω ὕβρεως προάγειν, προελθεῖν, et ἐλθεῖν. Athen. Καὶ τέλος πόῤῥω προαγαγόντες ὕβρεως, τὰς τῶν ἄλλων γυναῖκας ὕβριζον, Eo petulantiæ evaserunt: 12. Εἰς τοῦτο προῆλθον ὕβρεως, ὥστε πάντων ἀνθρώπων, εἰς οὓς ἀφίκοιντο, ἠκρωτηρίαζον τὰς ῥῖνας. Dem. (51.) Εἰς τοῦθ' ὕβρεως ἐλήλυθεν ὥστ' ἐπιστέλλειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ἐπιστολὰς, Eo proterviæ et immanis improbitatis devenit. Quibus adde hoc Herodian. 1, (9, 15.) Βαρὺς γὰρ καὶ ἀφόρητος ἦν ὑπεροψία καὶ ὕβρις, Superbia ejus et contumelia erat intoleranda. Item aliquis ὕβριν ὑβρίζειν vel ἐνυβρίζειν dicitur. Plut. Symp. Sept. Sap. (6, 564.) Οἵαν ὕβριν πρὸς ἡμᾶς ὕβρικε, pro Insignem nobis fecit injuriam, Insigni nos affecit injuria et contumelia. Herodian. 1, (13, 11.) Σύραντές τε τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἐνυβρίσαντες, Tracta per urbem cadavera, et contumeliosissime habita, Contumeliis affecta. Idem 8, (8, 14.) dicit, Γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκουσι μετὰ πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως, Per omnem ignominiam et contumeliam. Itidemque 4, (6, 2.) Τὰ πτώματα φερόμενα μεθ' ὕβρεως πάσης, καὶ ἁμάξαις ἐπιτεθέντα. Nec non ὕβριν ἀνταποδιδόναι, dicitur qui vicissim injuria et contumelia afficit. Plut. Polit. Præc. Ὁ δὲ ἐκείνῳ πάλιν ὥσπερ ἀνταποδιδοὺς ὕβριν, ἐμοίχευσε τὴν γυναῖκα. Præterea δι' ὕβριν, εἰς ὕβριν, πρὸς ὕβριν, et ὕβρει aliquis facere aliquid dicitur pro Per summam injuriam, contumeliam a protervia quadam et improbitate profectam. Dem. (527.) Ὅσῳ μείζονος ὀργῆς καὶ ζημίας ἀξιοῦσι τοὺς ἑκουσίᾳ καὶ δι' ὕβριν πλημμελοῦντας. Xen. Ἑλλ. 2, (2, 6.) Ἃ διὰ τὴν ὕβριν ἠδίκουν ἀνθρώπους μικροπολίτας. Nam τῶν ἀδικημάτων τὰ μὲν γίνεται δι' ὕβριν, τὰ δὲ διὰ κακουργίαν, inquit Aristot. Polit. 4. Et quidam ἀδικήματα ἀδικοῦσιν εἰς ὕβριν, καὶ οὐ κακουργίαν, teste Eod. in Rhet. 2. Ubi εἰς ὕβριν possumus ex illo ipso exponere δι' ὕβριν, aut ὕβρεως ἕνεκα. Secus vero ap. Herodian. 5, (8, 1.) Εἰς ὕβριν καὶ παροινίαν ἐκβεβακχευμένων: hic enim præp. εἰς consuetam signif. obtinet: cum εἰς ὕβριν ἐκβεβακχευμένοι sint Qui velut bacchico quodam furore perciti ad contumeliosissima quæque facinora proruperunt. Item πρὸς ὕβριν adverbialiter sæpe, sicut πρὸς βίαν, pro Injuriose, Contumeliose. Plut. Coriol. Πρὸς ὕβριν τοὺς πεμφθέντας ἐξήλασεν ὑπηρέτας, Injuriose et contumeliose expulit, Injuria et contumelia affectos: Alcib. Ἔλεγεν οὐχ ὕβρει τοῦτο πράττειν οὐδὲ κρατούμενος ὑφ' ἡδονῆς. Dem. (537.) dicit etiam ἐφ' ὕβρει τύπτειν, Per contumeliam cædere. At μεθ' ὕβρεως ἕλκειν habuisti paulo ante. Oppositum superioribus est ὕβριν ἀπέχειν s. ὕβρεως ἀπέχεσθαι, et ὕβρεως παύσασθαι. Hesiod. Ἔργ. (1, 133.) ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο Ἀλλήλων ἀπέχειν, Abstinere a mutuis injuriis, a mutuo inferenda sibi injuria. Dem. (564.) Ὅσον καταθεὶς παύσεται τῆς ὕβρεως, Quanta pœna depensa injuriam postea inferre desinet. Sic Herodian. 2, (4, 2.) Τοὺς στρατιώτας ἐκέλευσε παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως, Ne quem in posterum e populo ulla vel injuria vel contumelia afficerent. Sicut vero παύεται aliquis τῆς ὕβρεως, ita vicissim alium παύει: ut κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν, ap. Isocr. Paneg., qui in Hel. Enc. dicit, Εὐθὺς αὐτῶν τὴν ὕβριν ἔπαυσεν, pro ἔπαυσεν αὐτοὺς τῆς ὕβρεως. Cui ὕβρεως παύειν oppositum est εἰς ὕβριν τρέπειν ap. Thuc. 3, (39.) Porro ut aliquis ὕβριν ὑβρίζει, ita vicissim ὕβριν ὑβρίζεται, cum afficitur injuria et contumelia, Aristoph. Πλ. (1045.) Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως ἧς ὑβρίζομαι, O miseram me ob insignem illam injuriam ac contumeliam qua afficior. Sic et γίνεσθαι ὕβρις εἴς τινα dicitur. Lucian. Solœcista (10.) Τὸ δὲ εἰς σε ὑβρίζειν ἐστὶν ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις· καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἰς σε ὑβρίζει, καὶ ὅστις παῖδα καὶ φίλον, καὶ ὅστις γε οἰκέτην. Sic vero dicitur ἡ εἰς vel πρός τινα ὕβρις, pro ὕβρις ἡ εἰς τινὰ γινομένη. Herodian. 1, (3, 6.) Αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους

ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι' ὧν τὴν ἐκείνου ἀρχὴν κατῄσχυναν, Alexandri successorum, qui contumeliose violenterque dominati sunt: 2, (4, 2.) Παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως. Nonnunquam vero pro ἡ εἴς τινα ὕβρις s. ἡ πρός τινα ὕβρις, dicitur ὕβρις τινὸς, omissa præp., et accus. converso in genitivum patientis, ut loquuntur Gramm.: Herodian. 2, (4, 9.) Ὕβριν αὐτῶν καὶ ἀτιμίαν νομίζοντες, In contumeliam suam ac dedecus accipientes, 1, (8, 9.) Τὴν ἐκείνης τιμὴν, ἑαυτῆς ὕβριν νομίζουσα, Illius honorem in suam contumeliam vertens, Polit. Itidem Lucian. dixit, Ἐφ' ὕβρει τῶν Ἑλληνίων θεῶν τοιαῦτα παρανομεῖν τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τοῦ Ἡρακλέους, Commentum esse illud Gallicum ludibriumque quoddam hominum Herculis Græci divinitatem sugillare volentium, Bud. Sic Plut. (7.) Ὕβρει μὲν τῶν βασιλέων, οὐκ εὐπειθίᾳ δὲ τῶν ὄχλων τὰ καθεστῶτα συνταράξαντες. Non semper tamen gen. ille patientis est, verum etiam agentis, i. e. non semper ejus qui ὕβριν patitur, sed ejus etiam qui eam infert. Od. P. (581.) Ὕβριν ἀλυσκάζειν ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων, O. (328.) Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει: ut et ex Herodiano paulo ante attuli, Αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι, Contumeliosa et violenta dominatio. Rursum Od. P. (487.) Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες. Quo in loco nota etiam τῇ ὕβρει opponi τὴν εὐνομίην, ut ap. Hesiod. Ἐργ. 1, (215.) δίκη et ὕβρις sibi opposita leguntur, δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει. Et aliquanto ante, Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε. Uterque enim iis in II. ὕβρις generaliter accipiunt pro ἀνομία et ἀδικία, Injustitia, Iniquitas. Alioqui, ut supra dixi, magis restricta signif. interdum redditur Injuria proterva et insolens, contumeliosa et violenta, Injuria petulans; interdum etiam Injuria, Contumelia, Insolentia, Petulantia, Protervia; nec non et Superbia. Quarum expp. exempla satis multa suppeditabunt tibi antedicta. Quibus adde et hunc Xen. locum, in quo ὕβρει opponitur σωφροσύνη: 8, (4, 7.) p. 132. Δοκεῖ δέ μοι χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ: ut et Thuc. 3, (39.) dicit, solere ἀπροσδόκητον εὐπραξίαν εἰς ὕβριν τρέπειν: insolescimus enim rebus secundis, adversis autem moderatiores evadimus: unde idem Thuc. 1, (28.) Ὕβρει δὲ καὶ ἐξουσίᾳ πλούτου πολλὰ ἐς ὑμᾶς ἡμαρτήκασι, Petulantia et licentia, quam opum magnitudo animis eorum invexit, multa in nos admiserunt. Proficiscitur autem illa ὕβρις e despicientia et contemtu quodam ejus cui infertur, ut docet Aristot. Rhet. 2., ubi cum tres esse ὀλιγωρίας species dixisset, sc. καταφρόνησιν, ἐπηρεασμὸν, et ὕβριν, subjungit aliquanto post, Καὶ ὁ ὑβρίζων δὲ ὀλιγωρεῖ· ἔστι γὰρ ὕβρις, τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι· μὴ ἵνα τι γένηται αὐτῷ ἄλλο ἢ ὅ,τι ἐγένετο, ἀλλ' ὅπως ἡσθῇ: docens finem τῶν ὑβριζόντων eum esse, ut eum cui injuriam faciunt, simul afficiant contumelia, ipsi autem voluptatem inde capiant, et videantur eo esse superiores; ait enim, Αἴτιον τῆς ἡδονῆς τοῖς ὑβρίζουσιν, ὅτι οἴονται κακῶς δρῶντες αὐτοὺς, ὑπερέχειν μᾶλλον. Itidem cum ὀλιγωρίᾳ quadam conjuncta est, vel potius ex ὀλιγωρίᾳ oritur hæc ὕβρις, ap. Aristoph. B. (21.) Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή; Annon insolentia hæc est proterviaque maxima, et deliciæ intolerandæ? Annon immanis improbitas, et mollities detestanda? vel etiam Insolentes et protervæ deliciæ, Insolens et immanis mollities: quod nimirum ego, cum Bacchus sim, pedes eo et me fatigo, hunc autem asino invehi sino, ne prematur ab onere. Dicitur vero peculiariter et de injuria et vi quæ corpori infertur, idque vel plagis vel stupro. Plagis, ut ap. Dem. Mid. et alios passim. De stupro autem, ut ap. Æschin. 20(=16.) Τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὑπερεώρακε: nam sese prostituerat et ἡταιρήκει. Itidem Isocr. Paneg., sed cum gen. (32.) Παίδων ὕβρεις καὶ γυναικῶν αἰσχύνας καὶ χρημάτων ἁρπαγάς. Aristot. Rhet. 1. Γυναικῶν οἰκείων ὕβρεις, ἢ εἰς αὐτοὺς ἢ εἰς υἱούς. || Ὕβρις ἀνὴρ dixit Hesiod. pro ἀνὴρ ὑβριστὴς, adjective accipiendo hoc nomen substantivum: Ἐργ. 1, (190.) μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα,

A καὶ ὕβριν Ἀνέρα τιμήσουσι. AT VERO Ὑβρὶς, Hesychio est ὄρνεον νυκτερινὸν, Avis quædam nocturna. [Aristot. H. A. 9, 12.]

["Ὕβρις, Koen. ad Greg. Cor. 256. ad Herod. 238. 337. 655. ad Lucian. 1, 337. Fischer. ad Palæph. p. 17. Ammon. p. 9. et Valck., Lennep. ad Phal. p. 45. Brunck. Bacch. 1287. Wakef. S. Cr. 5, 113. Ion. 519. Musgr. 507. ad Diod. S. 2, 211. Heind. ad Plat. Phædr. 264. Thom. M. 863. ad Charit. 464. 497. Jacobs. Anth. 6, 352. 8, 266. Alberti N. T. 279. Pro ὑβριστὴς, ad Thom. M. 140. Brunck. ad Œd. T. 80. Phil. 223. Lobeck. Aj. p. 284. Ὕβρις γυναικὸς, Dionys. H. 2, 794. Ὕβρεως γραφὴ, ad Lucian. 1, 414. Ἔκγονον ὕβρεως ἀδικίαν, Plato de LL. 109. Ast. Lapis Ὕβρεως, Luzac. Exerc. 173. Ὕβρει, Boiss. Philostr. 384. Ὕβρει λέγειν, Valck. Phœn. p. 523. Ὕβρεις, Markl. Suppl. 495. Ὕβρις, Κύπρις, ad Charit. 753." Schæf. Mss. Soph. Tr. 886. Pind. Π. 10, 55. Xen. K. Ἀ. 5, 8, 3. Diog. L. 2, 127. Od. Ξ. 262. Isocr. Paneg. 32. Æ-
B schin. 5. 26. Valck. Ep. ad Röver. 33. I. q. σκίρτημα, Ælian. N. A. 11, 18. Koen. ad Greg. Cor. 542. Cf. Ὑβρίζειν. Videtur manasse ab ὑπέρ: cf. Lat. Superbia.]

[* Ὑβριοπαθὴς, unde] Ὑβριοπαθέω, Injuriam patior, Injuria et contumelia afficior, Bud. ex Hermog. (202.) sed sine interpretatione: [cf. Greg. Comm. p. 930. Schol. Apoll. Rh. 1, 690. Eust. Il. A. p. 71, 10. Bas. "Niceph. Greg. 2, 7, 27. Anna Comn. 402. Eust. 1227, 44." Lobeck. ad Phryn. 620. "Const. Manass. Chron. p. 16. 17." Boiss. Mss.]

[* Φίλυβρις, Crates ap. Clem. Alex. 492=412." Jacobs. Anth. 6, 384." Schæf. Mss.]

[* Ὑβρικὸς, unde adv. * "Ὑβρικῶς, Contumeliose, Injuriose. Chrys. in 2 Tim. Serm. 7. T. 4. p. 360, 8. Ὅρα πῶς ὑβρικῶς ἀποκρίνεται πρὸς τὸν Θεὸν, Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου; Idem in Ep. ad Hebr. Serm. 34. T. 4. p. 604, 16. Τίς γὰρ, φησὶν, ὑβρικῶς δύναται φυλάξαι τὴν χάριν, καὶ οὐκ ἀπόλλυσιν αὐτήν;" Seager. Mss.]

C Ὑβρίζω, f. ὑβρίσω, vel etiam ὑβριῶ, Attice, Injurius sum, vel Protervus sum et insolens, Insolesco, Contumeliosus sum; ὕβριν ἔχω, ut Hom. loquitur. Idem Od. Σ. (380.) Οὐδ' ἄν μοι τὴν γαστέρ' ὀνειδίζων ἀγορεύοις· Ἀλλὰ μάλ' ὑβρίζεις, καίτοι νόος ἐστὶν ἀπηνής: Injurius es et contumeliosus. Dem. (32.) Οὔτε Φίλιππος τοσοῦτον ὑβρίκει χρόνον: (549.) Προσκυνεῖν τοὺς ὑβρίζοντας, οὐκ ἀμύνεσθαι. Aristot. Rhet. 1. Οὐ γὰρ, εἰ ἐπάταξεν, πάντως ὕβρισεν, Non protinus injurius fuit et contumeliosus. Nec enim omnes ictus ἐφ' ὕβρει ingeruntur, sed quidam ἐπὶ τιμωρίᾳ etiam. Et Xen. K. Π. 8, (6, 8.) Ἢν δέ τις ὑβρίζῃ, σωφρονίζει. Et aliquanto ante, Ὅταν ὁρῶσιν ᾧ μάλιστα ἔξεστιν ὑβρίζειν, τοῦτον σωφρονοῦντα. Ubi observa etiam opponi sibi ὑβρίζειν et σωφρονεῖν, sicut supra ex eod. Xen. habuimus ὕβριν et σωφροσύνην sibi opposita, i. e. Insolentiam et moderationem, Injuriosam petulantiam et modestiam. Rursum Od. Σ. 245. Τὰς νῦν ὑβρίζων φορέεις, pro ἐφ' ὕβρει, s. δι' ὕβριν, Per injuriam. Interdum additur accus. ὕβριν,
D diciturque aliquis ὕβριν ὑβρίζειν pro simplici ὑβρίζειν: quo modo et ὕβριν ἐνυβρίζειν ap. Herodian. legi, infra docebo. Sic Æschyl. ap. Athen. (667.) οὐδὲν ἥσσονας Ὕβριζ' ὑβρισμοὺς, Non minus erat injurius et contumeliosus. Passive vero Aristoph. Πλ. (1045.) Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως, ἧς ὑβρίζομαι, O miseram me injuria illa et contumelia, qua afficior. Plut. Pericle, Δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι, Insignem pati injuriam et Atroci affici contumelia. Additur vero et accus. personæ; et tunc signif. Injuria afficio, Injuria et contumelia afficio, Insolente et proterva injuria afficio, Petulanter injuriam facio. Il. Λ. (694.) Ταῦθ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες Ἡμέας ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανόωντο. Dem. Ἐὰν ἰδιώτην τινὰ ὑβρίσῃ τις. Isocr. Symm. dicit etiam Ἐπόρθουν μὲν τὴν ἤπειρον, ὕβριζον δὲ τὰς νήσους. Et pass. Ὑβρίζομαι, Injuriam accipio, Contumeliosa afficior injuria, Insolens et petulans injuria mihi fit. Dem. (516.) Πληγὰς εἰληφὼς καὶ ὑβρισμένος. Ibid. Ὕβρισμαι μὲν ἐγὼ, καὶ προπεπηλάκισται τὸ σῶμα

τοὐμὸν τότε. Et (126.) *Ὡς ὑβρίζετο καὶ προεπηλακίζετο ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ τῶν Ὠρειτῶν.* Et Herodian. 5, (4, 12.) *Φοβηθεὶς μὴ αἰχμάλωτος ληφθεὶς αἴσχιστως ὑβρισθείη,* Ne captivus ageretur, nihil non passurus contumeliæ. Itidemque 4, (6, 11.) *Οἰηθεὶς ὑβρίσθαι,* Injuriam et contumeliam passum se esse. Nonnunquam accus. illi personæ vel etiam rei quæ ad illam pertinet, præmittitur præp. *εἰς* s. *περὶ,* et tunc signif. Injurius sum in, Contumeliosus sum in: et differt hoc *ὑβρίζω εἴς σε* ab *ὑβρίζω σε,* ut testatur Lucian. Solœc. (10.) his verbis, *Τὸ μέν σε ὑβρίζειν, τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν ἤτοι πληγαῖς, ἢ δεσμοῖς, ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· τὸ δὲ εἴς σε, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις· καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἴς σε ὑβρίζει· καὶ ὅστις παῖδα καὶ φίλον, καὶ ὅστις γε οἰκέτην.* Id tamen discrimen non perpetuum est, nec semper verum. Invenio enim pro uno eodemque posita *ὑβρίζω τινὰ,* et *ὑβρίζω εἴς τινα*: ut in hac Lege ap. Dem. (529.) *Ἐάν τις ὑβρίζῃ εἴς τινα, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα τῶν ἐλευθέρων ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινά.* Sic Aristoph. N. (1508.) *ὑβρίζετόν γ' εἰς τοὺς θεοὺς,* In deos estis contumeliosi, Deos contumelia afficitis: (Πλ. 900.) *Ταῦτ' οὖν ἀνάσχετ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, Τούτους ὑβρίζειν εἰς ἐμέ;* Et Dem. *Εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ᾤετο δεῖν ὑβρίζειν.* Idem dixit etiam, *Ἐμοῦ μὲν ὕβρισεν εἰς τὸ σῶμα*: nec non (522.) *Ὧν εἰς τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί φημι.* Sic Herodian. 4, (5, 12.) de Romulo, *Οὐκ ἤνεγκεν ἀδελφὸν ὑβρίσαντα μόνον εἰς τὰ ἐκείνου ἔργα,* Operibus suis illudentem, Opera sua afficientem contumelia. Fama enim est Remum, cum in ludibrium fratris novos transiliisset muros, ab illo irato interfectum. Eadem constr., sed paulo alia signif. dixit Plato Symp. de Homero, *Κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν.* Ubi pro Violasse accipi potest: ut e Plut. Solone affertur, *Ὑβρίζοντες εἰς τὸ μαντεῖον* pro Violantes vaticinium. Verum huic præp. *εἰς* et *περὶ* præmittitur interdum alius accus., ut est *ὕβριν,* aut *τὶ,* aut *τοῦτο,* aut similes. Dicit enim Plato de LL. *Ὕβριν ὑβρίζειν εἰς τοὺς οἰκέτας.* Itidemque *ὑβρίζω τι περὶ τούτους,* In hos aliquid contumeliose admitto: ut *ὑβρίζω ταῦτα περὶ θεοὺς,* Hæc in Deorum contemtum et contumeliam ago, ap. Eund. itidem. Sine præpositione accusativo personæ itidem ejusmodi accusativi solent adjungi: ut cum Xen. dicit K. Π. 5, (2, 13.) *Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας οἷα ὑβρίζει, τί δεῖ λέγειν;* Qui accus. personæ in verbo passivo transit in nominativum, altero accus. manente immutato, ut ap. Dem. (516.) *Ὑβρισμένος οἷα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε χορηγὸς ὑβρίσθη.* Ac rursum, *Ἐξελέγξω δὲ πρῶτον ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ' ὅσα ὑμεῖς ἀδικῆσθε,* Quanta affectus sim injuria, ac contumelia. Idem rursum, *Τῷ τὸ σῶμα ὑβρισμένῳ.* ‖ Suid. *ὑβρίζειν* dicit usurpari etiam *ἐπὶ τοῦ αἰσχρῶς διαιτᾶσθαι,* ejus signif. hoc afferens exemplum ex Anonymo: *Ὑπέλαβε πονηροὺς ὄντας ὑβρίζειν καὶ ῥᾳστωνεύεσθαι.* ‖ Porro sicuti *ὕβριν* dixi restringi etiam ad Stuprum ac vim quæ uxori alicujus aut liberis infertur; ita et *ὑβρίζω* sciendum est accipi pro Stupro, Constupro, Violo, Pudicitiæ vim infero. Quomodo accipi potest ap. Lucian. l. c. *Ὅστις ὑβρίζει γυναῖκα τὴν σήν*: et ap. Thuc. 8, (74.) p. 286. *Ὡς πληγαῖς τε πάντας ζημιοῦσι, καὶ ἀντειπεῖν ἐστὶν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν, καὶ ὅτι αὐτῶν καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες ὑβρίζονται.* Bud. certe pro Stupro contamino accipit in h. l. Æsch. c Timarch. *Τίς οὐκ ἀπαίδευτος εἶναι δόξει, τῇ μὲν γυναικὶ κατὰ φύσιν ἁμαρτανούσῃ χαλεπαίνων, τῷ δὲ παρὰ φύσιν ἑαυτὸν ὑβρίσαντι συμβούλῳ χρώμενος;* exponens, *ἐπὶ πορνείᾳ ἑαυτὸν μισθώσαντι.* Recte; objicit enim Timarcho Orator quod *τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὑπερεώρακε,* i. e. Stuprum: et quod *ἡταίρηκε,* i. e. Se prostituit. ‖ Bruta etiam animantia *ὑβρίζειν* dicuntur Cum petulantia sunt et lasciva, ut cum taurus petulcus cornu ferit, et asinus aut equus calce. Quo refer *ὑβρίζοντες,* quod Suid. ex Herod. affert pro *σκιρτῶντες*: ut et Corinthus Ionas tradit *ὑβρίζειν* usurpare pro *σκιρτᾷν,* quod frequenter accipitur pro Lascivire exiliendo, et Ludere exultim, ceu loquitur Flaccus, ut bene pasti boves et equi.

A Et sic accipiendum non dubito quod ex Herod. affertur, *Ὑβρίζοντες οἱ ὄνοι*: quod tamen alii interpr. Rudentes asini. [Vide Koen. ad Greg. Cor. 542.] At *ὕβριζε,* quod ex Eur. afferunt pro Quiesce, satis mirari non possum: [cf. Rhes. 730.] Vide etiam *Ὑβριστὴς* et *Ἐξυβρίζω.* ‖ Plantæ quoque *ὑβρίζουσι* Cum frondibus luxuriant et *ὑλομανοῦσι*: quod et *τραγᾷν* dicitur, ut supra docui. Utitur Theophr. H. Pl. 3. et 2. teste Bud. In quorum locorum illo dicit Philosophus arbores *ὑβρίζειν* Cum *διὰ πλῆθος ὑγροῦ οὐ πέττουσι.* Hic autem sic habet 2, 8. *Ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετράνωσιν, ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύϊνον, καὶ τῇ γῇ κρύπτουσιν· ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον.* Sic et *ἐξυβρίζειν δένδρα* Idem dicit, et arbores *ὑβριστικάς.* Obiter vero eo in loco NOTA *κολάζειν* dictum de arboribus luxuriantibus et velut insolentia quadam et improbitate fructum non ferentibus.

[" *Ὑβρίζω,* Valck. Phœn. p. 523. ad Xen. Eph. 192. Lennep. ad Phal. 45. Brunck. ad Anacr. 134. B T. H. ad Lucian. 1, 217. 232. ad Herod. 337. Phryn. Ecl. 24. ad Charit. 649. Musgr. Herc. F. 741. Jacobs. Anth. 9, 313. Boiss. Philostr. 200. 370. Cum acc., T. H. ad Plutum p. 339. *Ὑβρίζω ὕβριν,* Brunck. ad Bacch. 1287. Greg. Cor. p. 6(=13.:) *τινὰ εἴς τινα,* Kuster. Aristoph. 15. Brunck. 2, 130. ad Lucian. 2, 283. 3, 580. Heind. ad Plat. Phædr. 287.: *ἔν τινι,* Soph. Aj. 971. cf. 1092. 1151. Fut. *ὑβριῶ,* Philo Opusc. p. 61. Hœscb. *Ὑβρισμένοι,* Insolens, Valck. Phœn. p. 391. Vilis, Lex. Xen.: (sic *ἐξυβρισμένος,* Longin. 148. Weisk.) De rebus, Zeun. ad Xen. K. Π. 218. et Ind." Schæf. Mss. "Aristoph. Ἐκκλ. 666. *Οὐχ ὑβριεῖται φαύλως οὐδεὶς οὕτως τῇ γαστρὶ κολασθεὶς,* Non facile deinceps injuriam faciet, sic ventre multatus." Seager. Mss. "De luxuriante arbore, Clem. Alex. 138." Wakef. Mss. Plut. 6, 564. *Οἵαν ὕβριν πρὸς ἡμᾶς ὕβρικεν.*]

Ὕβρισμα, τὸ, i. q. *ὕβρις,* Injuria et contumelia, qua quis affectus est, s. Injuria contumeliosa et proterva; vel etiam Insolentia, Petulantia: nam et has C signiff. *ὕβρις* habet. Dem. c. Mid. *Τὰ μὲν δὴ τότε ὑβρίσματα τούτων εἰς ἐμὲ ταῦτ' ἐστὶ,* i. e. *ἃ ὕβρισμαι,* ut paulo post loquitur, s. *ὕβρεις ἃς ὕβρισμαι.* Plato Epist. *Διὸ τὸ τότε σοι ὕβρισμα, νῦν ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος γέγονε.* Plut. Alcib. (16.) *Περὶ πότους καὶ ἔρωτας ὑβρίσματα, καὶ θηλύτητας.* [Xen. Ἀθ. 3, 5. "Musgr. Suppl. 495. Ion. 204. Herc. F. 179. Or. 1642." Schæf. Mss.] *Ὑβρισμὸς, ὁ,* i. q. *ὕβρισμα,* Æsch. ap. Athen. initio fere libri 15. *οὐδὲν ἥσσονας Ὑβριστ' ὑβρισμοὺς, οὐκ ἀνοιστέους ἐμοὶ,* Non minoribus me afficiebat injuriis et contumeliis, mihi intolerandis. Repono enim ibi *ἀνοιστέους* pro *αἰνεσίους*: nisi forte malis *ἀνοισίμους* vel *ἀνεκτέους.* [" Thom. M. 863." Schæf. Mss. "Herodian. Epimer. Mss. p. m. 173. * *Ὕβρισις,* Lex. Par. Sorbon." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon.]

Ὑβριστὴρ, ὁ, Injuriosus, Injurius, Contumeliosus, Insolens et protervus, Petulans, Qui insolescere consuevit, petulantibus et contumeliosis injuriis lacessere solet. Exp. specialius etiam Convitiator et D Stuprator. [" Jacobs. Anth. 6, 132. Heyn. Hom. 6, 479. ad Il. N. 633." Schæf. Mss. "Opp. K. 1, 415. Nonn. D. 46, 5." Wakef. Mss. * *Ὑβριστήριος,* unde per contr.] Fem. *Ὑβρίστρια,* exp. non solum Convitiatrix, verum etiam Invectiva.

Ὑβριστὴς, ὁ, i. q. *ὑβριστήρ.* Sed usitatius, idque tam in prosa quam in carmine. Od. I. (175.) N. (201.) *τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσομαι οἵτινές εἰσιν. Ἦ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, Ἠὲ φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής.* Ubi nota *ὑβριστὰς* opponi *τοῖς δικαίοις,* ut *ὕβριν* opponi *τῇ δίκῃ* et *εὐνομίῃ* supra docui: generaliterque accipi pro Injusti, Qui peregrinos et hospites ad se appellantes afficiunt injuriis. Et Od. Ω. (281.) *Ὑβρισταὶ δ' αὐτὴν καὶ ἀτάσθαλοι ἄνδρες ἔχουσι,* Injusti et improbi. Ubi nota copulari cum *ἀτάσθαλος* ut in præcedente l. cum *ἄγριος.* Verum et cum aliis copulatur. Dicit enim Aristot. Rhet. 2. *Ὑβρισταὶ καὶ θρασεῖς*: et rursum, *Ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι*: Polit. 4. *Γίγνονται ὑβρισταὶ καὶ μεγαλοπόνηροι*: Eth. 4, 3. *Ὑπερόπται καὶ ὑβρισταὶ γίγνονται*: Plut.

Ὑψόθεν, Ex alto, Desuper, ὕπερθεν, ἄνωθεν. Il. Υ. (57.) Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Ὑψόθεν, αὐτὰρ ἔνερθε Ποσειδάων ἐτίναξε Γαῖαν ἀπειρεσίην ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα. Ubi nota ὑψόθεν et ἔνερθε sibi opposita. Exp. etiam Alte, ut i. sit q. ὑψόθι. || Cum gen. autem junctum signif. Super, sicut et ὑψόθι. Apoll. Rh. 2, (806.) ὑψόθεν ἀκτῆς, [al. ἄκρης: cf. 1, 1203. 3, 542. 4, 168. " Jacobs. Anth. 8, 18. Heyn. Hom. 6, 640." Schæf. Mss. " Arat. 26. Pind. O. 3, 22.]

Ὑψόθι, In alto, sublimi, ἄνωθι, ἐν ὕψει. Il. Ρ. (676.) de aquila, Ὅν τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτὼξ Θάμνῳ ὑπ' ἀμφικόμῳ κατακείμενος. Est enim Ὀξύτατος δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν. || Cum gen. junctum signif. Super, ut præcedens ὑψόθεν. Epigr. ὑψόθι γαστρὸς, Super ventrem: Nonn. ὑψόθι θώκων, Super sedes, nisi malis, Super altas sedes, Alta super sedilia. || Signif. etiam Alte, In altum, ὑψόσε. Ex Apoll. Rh. 2, (354.) ὑψόθι τείνει, Alte tendit, In altum tendit. Et rursum (1284.) ἐπ' εὐναίῃσιν ἐρύσσαι Ὑψόθι νῆα. Ubi tamen pro ὑψοῦ accipi potest. [" Musgr. Suppl. 158. Jacobs. Anth. 8, 18. Valck. Hipp. p. 180." Schæf. Mss. Apoll. Rh. 2, 569. ὄχθης.]

Ὑψόσε, In altum, sublime. Il. Φ. (269.) ὁ δ' ὑψόσε ποσσὶν ἐπήδα Θυμῷ ἀνιάζων. Od. Μ. (249.) χεῖρας Ὑψόσ' ἀειρομένων. Itidemque (432.) ὑψόσ' ἀερθεὶς, In altum levatus. [" Ad Charit. 766. Heyn. Hom. 6, 627." Schæf. Mss.]

Ὑψοῦ, In alto, Alte, i. q. ὑψόθι. Il. Α. (486.) ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν Ὑψοῦ, Alte. Dicit et Soph. (Œd. T. 924.) ὑψοῦ αἴρει pro μετεωρίζει, ubi potius signif. In altum, ὑψόσε, ut Hes. quoque ὑψοῦ διάττει exp. εἰς ὕψος ὁρμᾷ, Suid. vero ἐν ὕψει τρέχει. [" Ad Charit. 762. Cattier. Gazoph. 59. Heyn. Hom. 6, 535. 627. Valck. Diatr. 47. Hipp. p. 180. Ὑψοῦ ἐπὶ, Heyn. Hom. 4, 132." Schæf. Mss. Apoll. Rh. 3, 368. " Compar. Ὑψοτέρω. Superl. Ὑψοτάτω, Bacchylides ap. Athen. 40. Ὑψοτάτω πέμπει μερίμνας." Schw. Mss.]

Ὕψι, i. q. ὑψοῦ s. ὑψόθι, i. e. Alte, Sublime s. Sublimiter; ut Suid. quoque annotat ὕψι et ὑψοῦ adverbialiter significare εἰς ὕψος et ἐφ' ὕψους, In altum, In alto. Hom. H. in Apoll. (202.) ἀγαθὸν κιθάριζε Καλὰ καὶ ὕψι βιβάς. Et ap. Hesych. Ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὁρμήσομεν, i. e. μετέωρον αὐτὴν ἐπὶ τῶν ἀγκυρῶν ὁρμήσομεν, ex Il. Ξ. 77. Itidemque ὕψι Idem exposuerat μετέωρον, ἄνω, ὑψηλοῦ. Rursum Il. Υ. (155.) Ζεὺς δ' ἥμενος ὕψι κέλευε. Et Hesiod. Ἔργ. (1, 202.) de accipitre, Ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων, In altissimis nubibus. [" Jacobs. Anth. 12, 63. Heyn. Hom. 6,

396. 535." Schæf. Mss. Ὑψι et ὑψο in compp., Lobeck. Phryn. 684.]

Derivata ex Ὕψος et adv. Ὕψι.

[* Ὑψόλοφος, Hippocr. 1278, 37. * " Ὑψοποιὸς, Qui evehit, in sublimi locat, Pseudo-Chrys. Serm. 83. T. 7. p. 499, 23. Χαίροις ὑψοποιὲ σταυρέ." Seager. Mss. " Hesych. Presb. 297. Vita S. Nili Jun. p. 26. Ed. Rom. 1644." Boiss. Mss.]

Ὑψόφρων, i. e. ὑψηλόφρων, vide Ὑψιφοίτης. [* Ὑψόφωνος, Hippocr. 955. Epid. p. 72.]

[* Ὑψιαίετος, Anton. Lib. 20. Codd. * ὑπαίετος: " p. 132. 296. Verh., Bast Lettre 66, 109." Schæf. Mss.] Ὑψιβάμων, SIVE Ὑψίβατος, Altogradus, Alte gradiens, Alte s. In alto incedens, ut Hes. quoque ὑψιβάμονος exp. ἐν ὕψει βαίνοντος: ap. quem tamen contra seriem alphabeticam SCRIPTUM Ὑψηβάμονος ut ET Ὑψηλογέω ET Ὑψήλοφος in VV. LL. pro Ὑψιλογέω et Ὑψίλοφος: [male, vide Bast. Ep. Cr. 53=Lettre Critique p. 39. Ὑψίβατος, Soph. Aj. 1404. Pind. N. 10, 87. " Jacobs. Anth. 6, 427." Schæf. Mss. " Ὑψιβάμων, Const. Manass. Chron. p. 70." Boiss. Mss.] Ὑψιβαθὺς, Alte profundus, prominens. Opp. K. 3, (26.) Ὄμματα δ' αἰγλήεντα καὶ ὀφρύας ὑψιβαθείας: [" disjunctis nominibus ὀφρύας ὕψι βαθείας scribendum videtur." Lobeck. ad Phryn. 539.] Ὑψιγένεθλος, In alto natus: θεὸς, Nonn. Ὑψίγυιος, Alta habens membra. At Pind. (Ὀ. 5, 31.) ὑψίγυιον ἄλσος dixit Altum nemus, teste Cam. [Cf. Ὑψίγυος. * Ὑψίδομος. " Ἀγχίδομος; auctorem H. Stephani Editor Londinensis excitavit Coluthum 243. a Lennepio ita correctum, Ἤδη δ' ἀγχιδόμοισιν ἐπ' Ἀτρείδαο μελάθροις. Quam lectionem loco vulgatæ ἄγχι δόμοισιν Bekk. quoque adoptavit. Neuter tamen novæ vocis sensum explanavit. Mihi nullum reliquum dubium, quin potius leg. sit, ὑψιδόμοισιν. Hæc vox Schneideri Lexico pariter addenda, infra v. 384. recurrit." Osann. Auct. Lexx. Gr. 5. * " Ὑψίδρομος, de aquila dicitur ap. Philen. de Anim. p. 10. Pauw." Schleusn. Mss.] Ὑψιθέμεθλος, Alta habens fundamenta, Nonn. [Jo. 39. * " Ὑψίκλονος, Anna C. 16." Elberling. Mss.] Ὑψικρατέω, In altum dominor; est enim ὑψικρατεῖν, Suidæ τὸ ἐν τῷ ὕψει κρατεῖν. AT Ὑψικράτης, Nomen proprium, Lucian. [3, 225.] Ὑψίλοφος, Alte cristatus, Altam cristam habens et eminentem conum. Per jocum Aristoph. B. (819.) ὑψιλόφων τε λόγων κορυθαίολα νείκη, i. e. μετεώρων, μεγάλων, quoniam sc. Æsch., de quo ibi loquitur, usus est charactere et verbis sublimibus s. grandibus: quamobrem idem Comicus eum ἐριβρεμέταν etiam appellat, διὰ τὸ βροντῶδες τῶν ῥημάτων καὶ κομπῶδες: alibi et κομποφακελοῤῥήμονα nominans, nec non κρημνοποιὸν, et στόμφακα ac ψόφου πλέων. Eandem ob rem dicit φρενοτέκτονος ἀνδρὸς ῥήμαθ' ἱπποβάμονα. Et rursum (822.) Φρίξας δ' αὐτοκόμου λοφιᾶς λασιαύχενα χαίταν, Δεινὸν ἐπισκύνιον ξυνάγων, βρυχώμενος ἥσει Ῥήματα γομφοπαγῆ, πινακηδὸν ἀποσπῶν Γηγενεῖ φυσήματι. Nec non στοματουργὸν ἐπῶν eadem de causa vocat, ob ampullas et sesquipedalia verba. [Coluth. Rapt. Hel. 17. 119. Anal. 1, 214. Ὑψήλοφος, Hippocr. Epist. 18. sed Codd. ὑψίλοφος. In Epist. Græcan. p. 323. ὑψηλόφους in * ὑψηλοφύτους mutavit Editor. " Wakef. Herc. F. 1005. S. Cr. 4, 248. Jacobs. Anth. 7, 34. Toup. Emendd. 2, 505." Schæf. Mss. " Pind. (Ὀ. 13, 158.) Quint. Sm. 2, 461. Nonn. D. 16, 159." Wakef. Mss.] Ὑψίλυχνος, Excelsum habens lychnum, Ab excelso resplendens lychno, [Philoxenus] ap. Athen. 4. (p. 147.) ταὶ δὲ πρὸς ὑψιλύχνους ἔστιλβον αὐγάς. Ὑψιμέδων, In alto regnans, rerum potiens, Altipotens, i. e. Rex cœlorum: ut ὑψιμέδων Ζεὺς, Aristoph. N. (563.) et in Epigr. [Hom. Hymn. 42, 3. Epigr. 9, 3. Pind. N. 2, 29. Nonn. Jo. 100. 123.] Ὑψιμέλαιναι, Alte nigræ, In ipsam usque altitudinem et fastigium nigræ; nisi malis resolvere in Altæ et nigræ, Celsæ et nigræ. Il. O. (387.) οἱ μὲν ἀφ' ἵππων Οἱ δ' ἀπὸ νηῶν ὑψιμελαινάων ἐπιβάντες, sc. ἐμάχοντο, [" Heyn. Hom. 7, 68." Schæf. Mss.] Ὑψιμέλαθρος, Altas habens ædes, Excelsa habens atria, ut ὑψιμέλαθρος πόλος, Nonn. [Hom. Hymn. 2, 103. 134. 399. Orph. H. 4, 1. * Ὑψίμεσος, In medio altus, Manetho 3, 222. πόλον.] Ὑψιπέτης, SIVE Ὑψιπετήεις, Altivolus s. Altivolans, ut Plin. et Cic. loquuntur, i. e. Alte s. In alto volans. Il. X. (308.) ὥστ' αἰετὸς ὑψιπετήεις, Suidæ ὁ εἰς ὕψος πετόμενος, [Od. Ω. 537.] AT Ὑψιπετὴς, inquit Idem, ὁ ἀπὸ ὕψους πεσὼν, Qui ab alto s. ex alto decidit, [Pind. Π. 3, 188. " Excelsus, Philo Cantic. Cant. 212. τὰ ὑψιπετῆ μεγέθη, et τὸ ὑψιπετὲς τῆς ἀκακίας." Schleusn. Mss. Ὑψιπέτης, Philemon Lex. 196. Il. M. 201. ubi alii scribunt * ὑψιπετῆς, ex ὑψιπετήεις, ut τιμῆς e τιμήεις: vide Heyn. " Brunck. Soph. 3, 436. Thom. M. 880. Jacobs. Anth. 8, 100. Reiz. de Acc. 114." Schæf. Mss.] Ὑψίπολος, Qui in alto versatur, i. q. ὑψιφοίτης et ὑψιπόρος. Opp. K. 3, (111.) ἐρπυστῆρσι καὶ ἰχθύσιν — ἠδ' ὑψιπόλοις ἀγέλαισιν Οἰωνῶν: [scr. ὑψιπόλος: Nonn. p. 1072. * Ὑψίπορος, Opp. K. 3, 497. Ἠέρος ὑψιπόροισιν ἐπιπλώουσι κελεύθοις.] Ὑψίπους, Altis insistens pedibus, ideoque Excelsus, [Soph. Œd. T. 866. * Ὑψίτυχος, Sublimis fortunæ, Paul. Alex. L. 1. * Ὑψιφάεννος, i. q. seq., Philo Eusebii Pr. E. 9, 37.] Ὑψιφαὴς SIVE Ὑψιφανὴς, Alte apparens, In alto apparens, Sublimis. Posterius e Nonno affertur, prioris autem exemplum ex Epigr. ὑψιφαῆ τάφον. [" Diod. Sard. 14. Epigr. adesp. 750." Schæf. Mss. Ὑψιφανὴς, Chandleri Inscr. 123. μνῆμα. * " Ὑψιφερὴς, Kuster. Aristoph. 55." Schæf. Mss. * Ὑψιφέρω, Greg. Naz. 2, 72.: lege divisim.] Ὑψιφοίτης, idem CUM Ὑψιπόρος, Altigradus, Alta percurrens, Excelsa permeans s. pervadens. Ut enim Hes. ὑψιπόρους exp. δι' ὕψους τρέχοντας, ita ὑψιφοίτης Eidem est * ὑψηλοπόρος. A Suida autem ὑψιφοίτης exp. non solum ὑψηλοπόρος, verum etiam ὑψόφρων, Alta et excelsa præditus mente, etiam Qui animo est elato et superbo. [* " Ὑψίφορος, Qui in sublime fertur, Dionys. Areop. 63." Kall. Mss. * Ὑψιφόρητος, Anal. 2, 141. 444. " Synes. H. 5, 36. Procl. H. in Mus. 31. H. Comm. 14." Boiss. Mss. " Wakef. S. Cr. 4, 252." Schæf. Mss. * Ὑψίφρων, Pind. Π. 2, 94. * Ὑψιχαίτης, Pind. Π. 4, 306. " Heyn. Hom. 4, 651." Schæf. Mss.]

Ὑψαυχέω, i. q. μεγαλαυχέω, Glorior, Jactito me, s. Magnis et sublimibus verbis me jactito, etiam Elata cervice sum et superbio, ut i. sit q. ὑψαυχενέω et ὑψαυχενίζω, quæ vide in Αὐχὴν, T. 1. Ὑψερεφὲς ET Ὑψίροφον ap. Hes. τὸ ὑψηλὴν ὀροφὴν ἔχον. Quæ scriptura mihi suspecta est, quippe qui majore ratione niti alteram scripturam existimem, sc. ὑψερεφὲς et ὑψηρεφὲς pro ὑψιρεφὲς, ὑψόροφον autem pro ὑψίροφον. Ὑψερεφὲς, Od. Δ. 15. Athen. 1. p. 112. Schw.]

[* Εὐϋψὴς, Nicet. Ann. 6, 5.] " Ἰσοϋψὴς, Qui paris " est altitudinis, Æque altus," [" ad Charit. 683. Toup. Opusc. 1, 183." Schæf. Mss. * " Ἀνισοϋψὴς, Apollod. in Poliorc. ap. Turn. Advers. 11, 24." Boiss. Mss.]

Alia derivata ab Ὕψος.

Ὑψητὸς, Altus, Excelsus, i. q. ὑψηλός. Hes. enim ὑψητῆς exp. ὑψηλῆς, μεγάλης.

Ὑψίτερος, Altior, Theocr. (8, 46.) Est autem compar. irregularis. [* Ὑψίων, Pindarus Platonis de Rep. 2. p. 365.] Est et irregularis SUPERL. Ὕψιστος, ut βράχιστος, et βράδιστος et τάχιστος, i. e. Altissimus, Excelsissimus, Celsissimus. [" Wakef. Ion. 1507. Musgr. 1246. Wakef. Herc. F. 1243. Trach. 1191. Phil. 1289. S. Cr. 2, 48." Schæf. Mss. " Summus, Æsch. Pers. 331. 809. κακὸν, Lycophr. 305. πῆμα." Wakef. Mss. Τὰ ὕψιστα, Cœlum, Luc. 2, 14. Valck. Schol. in N. T. 379.] UNDE Ὑψιστάριος αἵρεσις dicitur τῶν τὸν ὕψιστον σεβομένων, teste Hes. Meminit et Suid.

[* Ὑψήεις, Nicander Georg. ap. Athen. 684. " Sibylla ap. Theoph. ad Autol. 2, 52. p. 240." Kall. Mss. " Jacobs. Anth. 10, 413." Schæf. Mss.]

Ὑψόω, Exalto, Extollo, i. e. In altum tollo, eveho. Matth. 23, (12.) et Luc. 14, (11.) ac 18, (14.) Ὅστις δὲ ὑψώσῃ ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὅστις ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται: Quisquis sese extulerit. Utitur et Auctor Batrachomyomachiæ (80.) Βάτραχος ὑψώσας ὠχρὸν δέμας, Erigens, Attollens. Accipitur etiam pro Perficio, Absolvo: metaph. ab ædificiis sumta quæ attolluntur cum perfecta sunt, s. quæ tum demum perfecta sunt cum ad fastigium sunt perducta.

Joseph. Πρὶν ὑψῶσαι τὸ ἔργον ἔφθη τελευτήσας, Antequam perficeret et impleret opus, decessit. Suidas ὑψοῦτε exp. ὑψηλὸν κηρύττετε, afferens e Ps. (98, 5.) Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Idem rursum ὑψώθητι exp. δεῖξον πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ ὕψος σου, ὑψηλὸς δείχθητι καὶ πάντων ὑπέρτερος: afferens iterum e Ps. (107, 5.) Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεός. [" Ad Charit. 766. Wakef. Herc. F. 1370. Jacobs. Anth. 10, 168. Abresch. Lectt. Aristæn. 217." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Ὑψωθῆναι et ὑψῶσαι conf., Spohn. de Extr. Odyss. Parte 114.] Ὕψωμα, τὸ, Exaltatio, Elevatio, s. Altitudo: Ὑψώματα καὶ ταπεινώματα τῶν ἀστέρων, ap. Plut. (6, 564.) Exp. etiam Cacumen, Summitas: eaque signif. Phocyl. (68.) usus esse traditur. [" Ad Charit. 757. 761." Schæf. Mss.] Ὕψωσις, ἡ, Exaltatio, Elevatio, Elatio; ἔπαρσις, Suid. qui itidem ὕψωσε exp. ἐπῆρεν. [Schol. Soph. Œd. T. 1273.]

Ἀνυψόω, itidem Exalto, Extollo, In altum attollo et eveho, Erigo. Epigr. χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο, In sublime extulerunt. [" Antip. Sid. 51. Schol. Soph. Aj. 211." Schæf. Mss. * Ἀνύψωμα, Schæf. Æsop. 148. * " Ἀνύψωσις, Athan. Synops. S. Scr. S. 46. (2, 107.) Andr. Cr. 355. * Συνανυψόω, 102. 105." Kall. Mss. " Greg. Naz. Or. 38. p. 621. Nic. Hydrunt. ap. Bast. Spec. Aristæn." Boiss. Mss. " Photii Amphiloch. 753. Wolf. Συνανυψοῖ ἑαυτῷ τὸ ὕψος." Schleusn. Mss. * Ἐνυψόω, LXX. Dan. 5, 4. Ἐνυψούμενος ἀπὸ τοῦ οἴνου: Segaar. legere mavult ἀνυψούμενος. * Ἐξυψόω, Gl. Exalto, Sirach. 1, 27. Dan. 3, 51. " Agapet. Sched. 33." Boiss. Mss. * Προσυψόω, Gl. Attollo, Joseph. B. J. 3, 7, 30. 1 Macc. 12, 36.] Συνυψόω, Simul exalto, Una extollo et in altum eveho. [" Clem. Alex. 780." Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] Ὑπερυψόω, Supra alia exalto et extollo, Supramodum extollo et eveho, Eveho supra quam dici possit, In summum effero. [Schleusn. Lex. V. T. * " Ὑπερύψωσις, Athan. 1, 168." Kall. Mss.]

ὝΩ, f. ὕσω, Pluo. Aristoph. N. (367.) ἀλλὰ τίς ὕει; Sed quisnam pluit? Et paulo post, Καίτοι χρῆν αἰθρίας ὕειν αὐτὸν, Oportebat cum sereno cœlo pluere: cum tamen nemo unquam viderit eum ἄνευ νεφελῶν ὕοντα. Ibid. ad movendum risum, Strepsiadi affingit hæc verba, Καίτοι πρότερον τὸν Δί' ἀληθῶς ᾤμην διὰ κοσκίνου οὐρεῖν, Per cribrum mingere, cum pluit. Et Paus. Att. Ὕσαντος Θεοῦ: ut Lucian. quoque, (3, 235.) Ὕοντα Θεὸν τηροῦσιν οἱ Γαράμαντες, Pluentem deum. Et ante hos Hom. Od. Ξ. (457.) ὗε δ' ἄρα Ζεὺς Πάννυχος, Nocte pluebat tota Jupiter. Additur interdum dat. personæ. Aristoph. N. (1118.) Ὕσομεν πρώτοισιν ὑμῖν, Vobis primis pluemus. Paus. Attic. Γῆς ἄγαλμα ἱκετευούσης ὗσαί οἱ τὸν Δία, Ut sibi plueret Jupiter, i. e. Ut pluvia se irrigaret et humectaret. [" Herod. 2, 13. Εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὕειν ὁ θεός." Schw. Mss.] Interdum vero jungitur cum dativo ejus rei qua pluit, ut Liv. dicit Lapidibus pluisse, Sanguine pluisse. Athen. (333.) Οἶδα δὲ καὶ πολλαχοῦ ὕσαντα τὸν θεὸν ἰχθύσιν: ubi itidem Phylarchus testatur ἑωρακέναι τινὰς πολλαχοῦ τὸν θεὸν ὕσαντα ἰχθύσιν, πολλάκις δὲ πυροῖς: ut et (269.) e Comico (Nicophonte,) νιφέτω μὲν ἀλφίτοις, Ψακαζέτω δὲ ἄρτοισιν, ὑέτω δ' ἔτνει. Qui tamen dat. nonnunquam per accus. effertur, veluti cum ibid. Phanias scribit ἐν Χεῤῥονήσῳ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ὗσαι τὸν Θεὸν ἰχθύας, et Heraclides, Περὶ τὴν Παιονίαν καὶ Δαρδανίαν βατράχους ὗσεν ὁ Θεὸς, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν ἐγένετο τὸ πλῆθος ὡς τὰς οἰκίας καὶ τὰς ὁδοὺς πλήρεις εἶναι. Itidemque ap. Aristoph. N. (1280.) quidam putat καινὸν αἰεὶ τὸν Δία ὕειν ὕδωρ, Novam semper Jovem pluere aquam: ut Valer. Maxim. dicit in Piceno agro lapides pluisse, et Cic. Sanguinem pluisse. Et pass. ὕεσθαι dicitur quod pluendo decidit. Philo V. M. 1. Τὸ πρὸ τῆς ἑβδόμης ὑόμενον οὐ μόνον οὐ μετέβαλλεν, ἀλλὰ καὶ μέτρον εἶχε διπλάσιον, Quod depluebat. Idem νιφόμενον dicit, scribens, Συλλέγοντες ἅμα τῇ ἕῳ τὸ νιφόμενον, ἤλουν ἢ ἔτριβον, εἶθ' ἕψοντες προσεφέροντο. Itidem Greg. Naz. Ἄρτος ὑόμενος ἐν ἐρήμῳ: uterque de manna loquens, qua in deserto pluebat. Nec non νύκτα ὅλην ὕειν dicitur Jupiter, vel is qui pluviæ et imbris præses fingitur. Aristoph. N. (1129.) Κἂν γαμῇ ποτ' αὐτὸς ἢ τῶν ξυγγενῶν ἢ τῶν φίλων, Ὕσομεν τὴν νύκτα πᾶσαν, Nocte pluemus tota. Tale ap. Hom. ὗε Ζεὺς πάννυχος, Pernox pluebat. || Impersonaliter etiam ὕει dicitur, pro ὕει Ζεὺς, ut ap. Latinos etiam Pluit impersonaliter usurpatum reperitur, et quidem frequentius. Aristot. Rhet. 2. Εἰ συννεφεῖ, εἰκὸς ὗσαι: solet enim coactis nubibus pluere, ubi itidem dicit, Εἰ ἐβρόντησε, καὶ ἤστραψε, Si tonuit, etiam fulguravit s. coruscavit. Theophr. C. Pl. 4, (14, 3.) Πολὺ μὲν ὕσαντος, Siquidem multum pluat, copiosæ fuerint pluviæ. [Silenus Chius in Schol. Mediol. Od. A. 75. Ὕσαντος πολὺ τοῦ Διός.] Xen. vero dicit Ἑλλ. 1, (1, 11.) Ὕοντος πολλῷ [s. πολλοῦ,] (ubi subaudiri potest ὄμβρῳ, aut ὕδατι ὀμβρίῳ,) opponens ei, αἰθρίας γενομένης καὶ ἡλίου ἐκλάμψαντος. Sic ὗσεν dicitur et ὕσει. [" Adjicitur etiam accus. regionis vel loci, ubi pluit: Herod. 4, 151. Ἑπτὰ ἐτέων οὐκ ὗε τὴν Θήρην. Hinc vicissim nominativus cum verbo passivo: Herod. 2, 13. Ὕεται πάση ἡ χώρη: 14. Εἰ μὴ ὕσεταί σφι ἡ χώρη: et sic sæpius." Schw. Mss.] || Active etiam capitur nonnunquam pro βρέχω, Irrigo, Pluvia perfundo, Pluviali aqua humecto et madefacio. Unde passive ὕεσθαι dicitur qui pluvia irrigatur et madefit. Od. Z. (131.) de leone intrepido, Ὅστ' εἶσ' ὑόμενος καὶ ἀήμενος, Etiamsi imbre madefiat et ventis affletur. Arrian. (7, 7, 9.) Οὐ γὰρ ὕεται τὸ πολὺ ἡ γῆ αὕτη ἐξ οὐρανοῦ. Theophr. H. Pl. 4. Ἐν τῇ ὑομένῃ τῆς Λιβύης. Greg. Naz. Γῆ καὶ πόκος ἐναλλὰξ ὑόμενά τε καὶ ἄβροχα διαμένοντα. Paus. Καὶ γῆν ἐποίησεν ὕεσθαι. Sic Herod. (4, 50.) Ἡ γῆ ὕεται: et ὕσθησαν Θῆβαι. Plut. cum dat. rei qua veluti pluvia aliquid perfunditur, Romulo (24.) Ὕσθη ἡ πόλις σταγόσιν αἵματος, Guttæ sanguinis e cœlo in urbem ceciderunt, i. e. Sanguine pluit, ut Liv. cum Cic. loquitur. [" Thom. M. 171. Phryn. Ecl. 127. Wakef. S. Cr. 4, 10. Jacobs. Anth. 7, 210. ad Diod. S. 2, 218. Valck. Obs. Acad. p. 9. Koppiers. Obs. 144. ad Herod. 198. 694. De constr., Sylb. ad Paus. 179. Ὕσαντος Διός, Wessel. Diss. Herod. 182. ad Herod. 293. Valck. 347. Toup. Opusc. 1, 261. Valck. Diatr. 48. Ὕσον, Wakef. S. Cr. 5, 8. Ὕε, ὗε, Heyn. Hom. 6, 278." Schæf. Mss. " Suid. 2, 699. λόγοις. Aor. 1. pass. ὕσθη, Plut. 1, 32. Cum accus., Apoll. Rh. 2, 1117." Wakef. Mss. Herod. 4, 185. Εἰ ὗε, Aristides, 1, 300. Ὕσθημεν πολλῷ, sc. ὕδατι. Herod. 1, 193. Ἡ γῆ τῶν Ἀσσυρίων ὕεται ὀλίγῳ. Theophr. Fr. 6, 4, 2. Ὅταν ὕσαντος τὰ νέφη χρῶμα χαλκῶδες ἔχῃ. Vide Schn. Lex.]

Ἐφύω, Superpluo, Impluo, Pluvia perfundo. Unde PASS. Ἐφύομαι, Perfundor pluvia: e quo ap. Xen. (K. 9, 5.) Ἐφυσμένος, perfusus pluvia. || IMPERSON. Ἐφύει, Impluit, Superpluit, Pluvia incessit. Theophr. (H. Pl. 4, 14, 8.) Χείριστον δὲ ἐὰν ἀπανθοῦσιν ἐφύσῃ, καθάπερ ἐλάα καὶ ἀμπέλῳ: C. Pl. 4, 9. de faba, Ἐὰν δὲ καὶ ἐφύσῃ σπαρέντι, δυσφυέστερος: ubi tamen corrupte legitur ἐκφυσήσῃ. Sic ἐπινίφει dicitur. Ἐφύει, Pluvia consequitur, Statim post pluit, Sub tempus illud pluit: ut ap. eund. Theophr. C. Pl. 6, (17, 7.) de arcu cœlesti, Ἐφύει γὰρ ὅπου ἂν ἐφιστῇ, Ubicunque enim insederit, pluvia statim sequitur. " Καθύω, Compluo: unde pass. Καθύ" εσθαι, Complui." [" Theod. Prodr. Ep. in Lazerii Misc. 1, 52=Notit. Mss. 6, 547." Boiss. Mss. * Περιύω, Strabo 14. p. 972=625. Sieb., ubi Corai. μὴ ὕεσθαι legit.]

Ὕσμα SIVE Ὕμα, Pluvia: Erot. [Eustachii p. 115=370] ap. Hippocr. [Epidem. 1. Hum. 7.] ὕσματα exp. ὕματα, βρέγματα, annotans accipi ἐπὶ ὑετοῦ.

Ὑάδες, Hyades; Stellæ quædam a pluendo sic dictæ, quoniam ortu occasuque suo pluvias largosque imbres concitant, ut Cic. et Plin. (2, 39.) testantur. [Pluviæ Hyades, Virg. Æn. 1, 744.] Alii Suculas vocarunt Latine, ab ὗς derivantes, ut supra docui. [Quo compendio scribatur v. Ὑάδες, ad Greg. Cor. 741.]

Ὑακίζω, Pluo, Madefacio, Rigo. Hes. enim ὑακίζει exp. ὕει, ὑετίζει, βρέχει: ap. quem legitur etiam, ὑακίζει οἱ εἰς τὰ αὐχένια.

Ὑετὸς, ὁ, Pluvia, τὸ ὑόμενον, Id quod depluit s. pluendo decidit. Lucian. (1, 105.) Ὑετοί τε ῥαγδαῖοι καὶ βίαιοι. Hesiod. Ἔργ. (2, 163.) Δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοὸς, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ Ὑετοῦ ἀμφιβάλῃ ἀλέην, Ut tibi sint præsidio ad arcendam pluviam. Aristoph. Σφ. (263.) Φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τουτὶ, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα, Fieri pluviæ, ut Lucr. loquitur. Quid vero sit ὑετὸς et quomodo ab ὄμβρος differat, his verbis docet Aristot. de Mundo, (4.) Ἠπία οὖσα ἡ τοῦ νέφους θλίψις, μαλακὰς ψεκάδας διασπείρει, σφοδρὰ δὲ, ἀδροτέρας· καὶ τοῦτο καλοῦμεν ὑετὸν, ὄμβρου μείζω καὶ συνεχῆ συστρέμματα ἐπὶ γῆν φερόμενα: Bud. interpr. Si nubis compressio remissa fuerit, molles stirias dispergit; sin vehemens, pleniores; hocque appellamus pluviam, imbris contorta stillicidia, cum majuscula ipsa, tum vero jugi tenore casitantia: [Meteor. 1, 9. "Jacobs. Anth. 7, 23. Toup. Opusc. 1, 261. 508." Schæf. Mss.]

Ὑετόμαντις, Epith. cornicis ap. Euphorionem, ex eo quod pluvias prædicit: ["Schol. Nicandri Θ. 406." Wakef. Mss. Muret. 16, 18.] Reddi potest Pluviæ prænuntia, vel Aquæ augur, vel Imbrium divina avis imminentum, utrumque ex Horat. Huc pertinet iste Virg. versus, Tum cornix plena pluviam vocat improba voce. Sic Theophr. inter σημεῖα ὑδάτων hoc etiam ponit, Κορώνη ἐπὶ πέτρας κορυσσομένη, ἣν κῦμα κατακλύζει, ὕδωρ σημαίνει: nec non eadem κολυμβῶσα πολλάκις καὶ περιπετομένη itidem ὕδωρ σημαίνει.

[* "Ἄϋετος, Impluvius, s. potius Nullo rore humectatus, Joseph. Hypomn. 71." Schleusn. Mss.]

[* Ὑετώδης, Gl. Pluvialis, Pluviosus. "Joseph. 4, 39." Wakef. Mss. * "Ὑετόεις, Jacobs. Anth. 10, 413." Schæf. Mss.]

Ὑέτιος, Pluvius, Pluviosus: ἀτραπὸς, Epigr. Via pluviosa. Et Aristot. Probl. Διὰ τί οὐχ οἱ αὐτοὶ ἄνεμοι πανταχοῦ ὑέτιοί εἰσι. Idem et Ὑετίου Διὸς meminit in l. de Mundo, Ἀστραπαῖός τε καὶ Βρονταῖος καὶ Αἴθριος καὶ Αἰθέριος, Κεραύνιός τε καὶ Ὑέτιος ἀπὸ τῶν ὑετῶν καὶ κεραυνῶν καὶ τῶν ἄλλων καλεῖται. Meminit ejusd. Arrianus quoque et Cornutus: nec non Strabo et Paus. (9, 39.) a quibus Ὄμβριος Ζεὺς nominatur. Lucian. (1, 209.) ὕοντα appellat, Οὐδὲ βωμὸν ἐν τῷ Γαργάρῳ τοῦ ὕοντος. SED ET Ὕης appellatur. Sic enim Hes. Ὕης, Ζεὺς Ὄμβριος. Lat. Pluvium dixere, ut Tibull. Arida nec pluvio supplicat herba Jovi. Reperitur ET Ὑετώτατος superl. gradu pro Pluviosissimus, ut ὑετώτατος ἄνεμος ap. Herod. Ventus pluviosissimus, s. maxime pluvius, Bud. ["Nisi forsan ὑετιώτατοι Herod. scripserat, quemadmodum est compar. ὑετιώτεροι ap. Theophr. de Ventis p. 403." Schw. Mss. "Ὑέτιος, Antip. Sid. 107. Eratosth. 2. Perses 5. Jacobs. Anth. 7, 210. Markl. Suppl. 260. Ruhnk. ad Paus. 57. Bergler. Alciphr. 348." Schæf. Mss. Ὑετία, Hippocr. 1125.]

Quod vero AD Ὕης attinet, annotat Suid. esse quoque epith. Bacchi, ejus e Clidemo hanc afferens rationem, quoniam ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας αὐτῷ, καθ' ὃν ὁ Θεὸς ὕει χρόνον. Pherecydes autem Semelen scribit ὕην nominari, et Dionysi s. Bacchi nutrices, Ὑάδας: quemadmodum Hes., Ὑῆ, inquit, ἡ Σεμέλη, ἀπὸ τῆς ὕσεως: afferens ET Ὑεὺς, Σαβάζιος. Vide et quæ ex Eust. supra annotavi in Ὑάδες de hoc epith. Bacchi: et obiter hic NOTA Ὕη etiam SIVE Ὑῆ: utroque enim modo scriptum reperitur: paroxytonως ap. Suid., ap. Hes. vero oxytonως. In cujus loco nota ETIAM Ὕσις de Ipsa pluendi actione, quasi Pluitionem dicas. In VV. LL. autem Ὕη exp. Pluvia, sed sine Auctore et sine exemplo.

Ὑετίζω, Pluo, ὑετὸν ποιῶ, ut Aristoph. loquitur. Utitur Hesych. in exponendo Ὑακίζω. [Nicet. Annal. 2, 5. LXX. Jerem. 14, 22. Job. 28, 26. "Orig. c. Cels. 260. Euseb. H. E. 169." Kall. Mss. * "Ὑέτιοις, Hasius ad Leon. Diac. 217." Boiss. Mss.]

AT Ὑετοσίαι, si vulg. Lex. credendum est, Venti quidam anniversarii, qui certo anni tempore flant, qui et ἐτησίαι.

ὙΔΩΡ, gen. ὕδατος, [cf. σκῶρ, σκατὸς,] ab inus. THEM. Ὕδας, ["Eust. Il. 694, 5." Wakef. Mss.] Grammatici ab ὕω derivatum dicunt pleonasmo literæ δ: quod etymon sequendo, i. proprie foret q. ὑετὸς, Humor cœlo delapsus dum plueret, Pluvia: generaliter tamen pro Quavis aqua accipitur, sive cœlitus delapsa sit, s. fluminum, lacuum, stagnorum, mariumve fontibus et scaturiginibus eruperit. Od. I. (85.) et K. (56.) Ἔνθαδ' ἐπ' ἠπείρου βῆμεν, καὶ ἀφυσσάμεθ' ὕδωρ. Itidemque Δ. (359.) Ἐς πόντον βάλλουσιν ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ. Il. Z. (457.) ὕδωρ φορέειν, B. (825.) πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο, II. (161.) ἀπὸ κρήνης μελανύδρου Λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ. Nec non rex Persarum ap. Herod. 1, (188.) et Athen. (45.) Ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεος πιεῖν ἄγεται τοῦ περὶ Σοῦσα ῥέοντος: cui ex Ægypto quoque ἀνεπέμπετο ὕδωρ ἐκ Νείλου. Rursum Od. A. (110.) οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ: ut et ap. Athen. (601.) ὕδωρ οἴνῳ συμμιγνύμενον κυλίκεσσι, (427.) Εἷς οἶνον πρὸς δύ' ὕδατος. Apud Eund. (39.) Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ, Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις: ut et Horat. Nulla placere diu nec vivere carmina possunt Quæ scribuntur aquæ potoribus. Eandemque ob causam Demostheni quidam objiciebant quod ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός ἐστί τις ἄνθρωπος. Iterum Il. I. (171.) Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, Aquam afferte lavandis manibus, Ω. (303.) Χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι, ut et Γ. (270.) βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν. Et rursum (Od. A. 147.) Τοῖσιν δὲ κήρυκες ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν, Σῖτον δὲ δμωαὶ παρενήνεον ἐν κανέοισι. Sic Aristoph. Tagenistis, Φέρε, παῖ, ταχέως κατὰ χειρὸς ὕδωρ, παράπεμπε τὸ χειρόμακτρον: Σφ. (1216.) Ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τραπέζας εἰσφέρειν. Δειπνοῦμεν, ἀπονενίμμεθ', ἤδη σπένδομεν: nam τὸ κατὰ χειρὸς s. κατὰ χειρῶν ὕδωρ, sc. χεόμενον, vocabant Aquam qua accubituri lavabant manus; ἀπόνιμμα autem, Qua post cibum manus abluebant: de qua Od. Γ. (339.) Τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν, Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο: quibus a cœna libarent. Illud vero κατὰ χειρῶν ὕδωρ omnium ὑδάτων suavissimum esse, jocose quidam dixit ap. Athen. (156.,) ubi quæritur quænam aquæ optimæ sint et laudatissimæ. Item, Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτειν, Od. I. (392.) Il. Ψ. (282.) λοέσσας ὕδατι λευκῷ: ut Plut. quoque Lycurgo (16.) Οὔτε ὕδατι τὰ βρέφη, ἀλλὰ οἴνῳ περιέλουον. Apud Oratores in causis forensibus διαμετρεῖν et ἐγχεῖν ὕδωρ, Dimetiri et infundere aquam, cum sc. causæ dicendæ agendæque locus datur. Ad aquæ enim mensuram certam et ad clepsydram Oratores Athenis dicebant: ut ap. Plut. Alcib. (19.) Oratores quidam, cum Alcibiades esset accusatus de quibusdam criminibus, et cum copiis in Siciliam jam profecturus, dicunt esse ἄτοπον αὐτοκράτορι στρατηγῷ τηλικαύτης ἀποδεδειγμένῳ δυνάμεως, ἠθροισμένης στρατιᾶς καὶ τῶν συμμάχων, μεταξὺ συγκληροῦντας δικαστήριον, καὶ ὕδωρ διαμετροῦντας, ἀπολλύναι τὸν καιρόν. Sic Æschin. 77(=82.) Ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ καὶ τοῖς νόμοις καὶ τῇ δημοκρατίᾳ· τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ, τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι καὶ τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν· ἐπειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας. Quibus verbis sui temporis consuetudinem clare ostendit. Et Dem. (274.) Εἰ δέ φησι, νῦν δειξάτω ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὕδατι, Quod si ita esse dicat, ostendat id ad meam clepsydram. Lucian. Ὑπὲρ τὸ ἐγχεόμενον ὕδωρ λέγειν, dixit pro Longiore uti ratione quam præfinitum sit: extendere sc. orationem ultra clepsydram. Vide infra et Ἐφύδωρ s. Ἐφ' ὕδωρ. Et in bello τὸ ὕδωρ ἀφαιρεῖσθαι τοῖς πολεμίοις, Aquam eripere hostibus, alio sc. divertendo alveos fluminum et rivorum in hostium sedem influentes. Xen. Ἑλλ. (3, 1, 15.) Αὐτὸς δ' ἱκανὸς εἶναι τὸ ὕδωρ ἀφελέσθαι τοῖς Κεβρηνίοις. Et paulo ante, Φρεατίαν τεμόμενος ὑπόνομον, ὤρυττεν, ὡς ἀφαιρησόμενος τὸ ὕδωρ αὐτῶν. Sic Plut. Alex. Ὕδωρ ἀφαιρησόμενος ἡμῶν ἀφῖξαι. Thuc. ἐκτρέπειν τὸ ὕδωρ ea signif. dicit. Apud Hom. autem Il. Φ. (257.) ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου Ἀμφυτὰ καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύει. Sunt porro τῶν ὑδάτων duæ

summæ differentiæ; quædam enim πότιμα sunt, Lat. aquæ Potabiles: quædam ἄποτα, Quæ bibi nequeunt: ποτίμου ὕδατος quinque in universum sunt species, ὄμβριον, πηγαῖον, φρεάτιον, ποτάμιον, λιμναῖον, h. e. Aqua pluvia, fontana, putealis, fluvialis, palustris. Rursum pluviæ aquæ tres ap. Hippocr. Epid. 4. differentiæ statuuntur, sc. ὕδωρ θεριvὸν, βροντιαῖον, λαιλαπῶδες, Aqua æstiva, tonitrualis et procellosa: quarum primam ὡραῖον etiam ὕδωρ nuncupat, quoniam æstatis partem mediam κατ' ἐξοχὴν Vett. appellarunt ὥραν. Quibus addi possunt τὰ ἀπὸ κρυστάλλου καὶ χιόνος ὕδατα, Aquæ a glacie et nive manantes. Aquarum vero, quæ bibi non possunt, multa sunt genera, θαλάττιον ὕδωρ, στυπτηριῶδες, ἀσφαλτῶδες, χαλκανθῶδες, ἰῶδες, νιτρῶδες, θειῶδες, Aqua marina, aluminosa, bituminosa, atramentosa, æruginosa, nitrosa, sulphurea. Cum vero ap. Medicos simpliciter ὕδωρ dicitur, eam intelligere aquam oportet, quæ revera dulcis est, quæque a Græcis VOCATUR Ἄποιος: h. e. Quæ nec gustu nec olfactu alienam ullam qualitatem præ se fert: sc. quæ nec dulcis nec salsa, nec acida nec acris, nec male olens nec putris, nec alio quovis modo insuavis est, sed omnis penitus qualitatis est expers, et omnis alterius rei mixtione caret, quæ gustu aut olfactu deprehendi possit. Est autem etiam pellucida, minimeque cœnosa, sed veluti diligentissime colata, et ab omnibus, quæ innatare solent, ramentis libera: cito calefit et cito refrigeratur: unde et levem esse constat: itidemque si quid in ea calefiat, calefit cito: si quid incoquatur, cito coquitur. Et ejusmodi sunt τὰ λεπτὰ καὶ κοῦφα καὶ μαλακὰ τῶν ὑδάτων, Aquæ tenues levesque et molles: quibus opp. ὕδατα παχέα, βαρέα, σκληρὰ, ap. Plut. et Athen. quæ σκληρὰ ὕδατα dicuntur etiam ἀτέραμνα s. ἀτεράμονα, Aquæ indomitæ et incoctiles, perinde atque legumina quæ difficulter elixantur. Rursum idem Athen. 2. (p. 46.) Τὰ δὲ τῶν ὑδάτων στάσιμα, χαλεπά· ὡς τὰ λιμναῖα καὶ τὰ ἑλώδη. Et Plut. (8, 638.) Τὰ δὲ ἀστραπαῖα τῶν ὑδάτων εὐαλδῆ καλοῦσιν οἱ γεωργικοί. Idem Athen. eod. l. scribit quædam ὕδατα esse σωματώδη καὶ ἔχειν ὥσπερ τι βάρος ἐν αὐτοῖς. Commemorat ibid. et quædam γεώδη, quædam etiam ῥυπτικά. Præterea ψυχρὸν ὕδωρ, cum opposito θερμόν: inter quæ medio loco est τὸ χλιαρὸν s. γαλακτῶδες ὕδωρ, Egelida et lactis modo tepida aqua: quod μετάκερας etiam nominatur. At vero λευκὸν ὕδωρ ap. Paus. Messen. et Strab. 5. Latini appellant Albulas aquas. Quarum mentio ap. Gal. Meth. 8. Plin. 31, 2. Vitruv. 8, 3. Suet. Aug. et Martial. l. 1. et 4. || Ὕδωρ peculiariter interdum dicitur Mare. Od. Γ. (300.) τὰς πέντε νέας κυανοπρωρείους Αἰγύπτῳ ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ. At I. (227.) ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ, adjecto epitheto. || Ita vocatur etiam τὸ ὄμβριον ὕδωρ, s. τὸ ἐκ Διὸς γενόμενον ὕδωρ, ut Theophr. (H. Pl. 2, 6, 5.) loquitur, quæ signif. propria esse dici queat, respiciendo ad etymon supra allatum. Xen. Ἑλλ. 1, (6, 20.) Ὕδωρ δ' ἐπιγενόμενον πολὺ καὶ βρονταὶ, διεκώλυσαν τὴν ἀναγωγήν. Sic Theophr. in suis Prognost. dicit, ὕδωρ σημαίνει, et ὕδατος σημεῖόν ἐστι, nec non, ὑδατικὸν σημεῖόν ἐστι, pro ὑετοῦ σημεῖόν ἐστι, ut ibid. loquitur. Et Aristot. de apibus, Προγινώσκουσι δὲ καὶ χειμῶνα καὶ ὕδωρ αἱ μέλιτται, i. e., Plin. interpr., Prædivinant apes ventos imbresque. Theophr. rursum adjecto epitheto dicit, Γίνεται δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ ὕδωρ οὐράνιον: pro quibus verbis idem Plin. habet, Rigatur gelidis fontibus, et imbres accipit. Itidem vero ὕδωρ ποιεῖν dicitur, ut ὑετὸν ποιεῖν, pro Pluere. Aristoph. Σφ. (260.) Κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον Ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. Ἔπεισι γοῦν τοῖσι λύχνοις οὑτοιὶ μύκητες. Φιλεῖ δ', ὅταν ᾖ τουτὶ, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα: ut Virg. quoque Georg. 1. tradit nocturna carpentes pensa puellas hyemen et pluvias expectare, cum testa ardente vident Scintillare oleum et putres concrescere fungos. Sic Characterum Auctor dicit, Εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν γῇ βελτίω ἔσεσθαι. Et Socrates ap. Diog. L. amicis ait, Nonne prædixeram ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα καὶ ὕδωρ ποιήσει; [" De Pluvia etiam Herod. 8, 12. Ἐγίνετο ὕδωρ ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτός: 13. Πλώουσι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο. Videtur vero etiam Ὕδωρ Sudorem dicere 3, 104. Ἐν ὕδατι βρέχεσθαι, Sudore madere. Latinum profecto vocab. Sudor, ipsum Gr. ὕδωρ est." Schw. Mss.] || Ὕδωρ Medici vocant etiam Subeuntes cutem aquas, Aquam intercutem: ὕδρωπα et ὕδερον alio nomine id appellantes. Diosc. 4, 173. de thymelæa, Καθαίρει κάτω χολὴν καὶ φλέγμα καὶ ὕδωρ, Per inferna bilem, pituitam, aquasque detrahit. Sic Aristot. Probl. || At ὕδωρ τὸ ἀπὸ ὑδροχόου ap. Proclum in Sphæra Sidus est: aqua, quam aquarius e suo vase effundit. Vide Ὑδροχόος.

[" Ὕδωρ, Clark. ad Il. B. 43. De quant., Græfe ad Meleagr. p. 84. Seidler. Dochm. 158. Bast. Epist. 213. Subaud., Jacobs. Anth. 6, 427. Ὕδωρ γίγνεται, de pluvia, Aristot. H. A. 383. Schn. Ὕδωρ γόνιμον, Valck. Phœn. p. 125. Ὕδωρ ἐπὶ ὕδατι, Toup. Emendd. 3, 160. Ἐξ ὕδατος, δι' ὕδατος, Wakef. S. Cr. 3, 193. Ἄνευ ὕδατος, Luzac. Exerc. 82. 84. Ἐν ὕδατι γράφειν, σπείρειν, εἰς ὕδωρ γρ., σπ., Huschk. Anal. 62. Lucian. 1, 643. Brunck. Soph. 3, 472. Heind. ad Plat. Phædr. 345. Εἰς ὕδωρ γράφειν, Luzac. Præf. ad Valck. Callim. 42. cf. Jacobs. Anth. 6, 87. Ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι, Demosth. 359. Pro eo Æschines ἐν τῷ ἐμῷ λόγῳ, p. 238., ubi v. not.: ad Dem. de Cor. 283. Harl. alt. Ὕδωρ ἐγχεῖν, ad Lucian. 2, 166.: ποιεῖν, Jacobs. Anth. 7, 210. Kuster. Aristoph. 196. Toup. Opusc. 1, 261. ad Herod. 368.: an i. q. ὑδρεύειν? cf. Boiss. ad Mar. 89. Ὕδατα, Xen. Mem. 1, 1, 15. Fontes aquarum, Toup. Add. in Theocr. 393. Ὑδάτεσσι, Heyn. Hom. 6, 327." Schæf. Mss. Theophr. C. Pl. 1, 23. Ἐὰν πλείω ποιῇ ὕδατα. Ὕδωρ conf. c. ὑπὲρ, ad Greg. Cor. 846.: quo compendio scribatur, 847.: qua nota tachygraphica significetur, ibid. Æschin. Dial. Socr. 3, 20. Πηγαὶ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι.]

Poëtice DICITUR Ὕδος etiam. Hesiod. Ἔργ. (1, 61.) Γαῖαν ὕδει φύρειν, pro ὕδατι. Orph. Arg. 1134. de Acheronte fluvio, Ἀργυροειδὲς ὕδος προρέων. [" Jacobs. Anth. 7, 253. Ruhnk. Ep. Cr. 264." Schæf. Mss. Theognis 939. ὕδωρ ἀναμίσγεται ὕδει. Callim. ap. Lascar. 3. p. 220.]

Derivata ex Ὕδωρ syncopen passa.

Ὑδροβαφὴς, ὁ, ἡ, Aqua tinctus, ὕδατι βαφείς. J. Poll. (7, 56.) ὑδροβαφὲς ἱμάτιον forsan esse scribit quod suo tempore ψυχροβαφὲς dicebatur. Ὑδρόγαρον, Garum aquosum, h. e. Garum aqua dilutum. Aët. 3, 84. habet descriptionem ὑδρογάρου καθαρτικοῦ. [" Alex. Trall. 1. p. 14." Boiss. Mss. " Jacobs. Anth. 10, 214." Schæf. Mss. * Ὑδρογνώμων, Geop. 2, 10, 6.] Ὑδροδόκος, Aquam excipiens s. recipiens: ὑδροδόκοι dicuntur Lacunæ et λάκκοι facti ad recipiendas aquas, quales et cisternæ sunt: nec non vasa aquaria et quævis alia aquæ receptacula. Adjective J. Poll. ὑδροδόκος κόλπος, Sinus s. Alveus aquæ capax. [* " Ὑδροδόχος, Eust. 58, 20. Rom." Seager. Mss. " Schol. Theocr. 13, 46. Nonn. Jo. 2, 36." Wakef. Mss.] Ὑδροειδὴς, Aquæ speciem habens, Eur. [Rhes. 353. " Anon. Isag. Anat. 118." Kall. Mss.] Ὑδροθήκη, Aquæ repositorium, Locus aquæ reponendæ destinatus. In navi locus ad asservandam conservandamque aquam dulcem. Athen. (208.) in descriptione navis Hieronis, Ἦν δὲ καὶ ὑδροθήκη κατὰ τὴν πρῶραν κλειστὴ, δισχιλίους μετρητὰς δεχομένη, ἐκ σανίδων καὶ πίττης καὶ ὀθονίων κατεσκευασμένη. [* Ὑδροθήρας, Piscator, Ælian. H. A. 14, 19. " Eust. Il. 436, 21." Wakef. Mss. * Ὑδροθηρία, Ælian. H. A. 1, 10. 19. 15, 11. et in Epilogo. * Ὑδροθηρικὸς, 14, 24. 15, 1. * " Ὑδροκέφαλος, Cocchii Chirurg. p. 7." Kall. Mss.] Ὑδροκέφαλον, τὸ, Tumor capitis aquosus; colligitur enim aliquando in capite tanta humoris copia, ut eo caput supra modum intumescat. Is vero ut plurimum quidem aquosus est, aliquando tamen fœculentus aut sanguine dilutus: omnis autem piger est et deses: tribusque in locis colligitur, e quibus totidem ὑδροκεφάλων differentiæ existunt; aut enim inter cutem et pericranium, aut inter cranium et cerebri membranas coacervatur. Veteres et quartam addidere differentiam, inter cerebrum et ejus membranas; sed

quæ nullam recipiat curationem. Hæc inter alia Gorr., ap. quem causas hujus mali vide, nec non ap. Aët. et Paul. Æg., a quibus singularum specierum discrimina explicantur. Meminit Cels. quoque ejus morbi, 4, 2. Humor cutem inflat, eaque intumescit et prementi digito cedit: ὑδροκέφαλον Græci appellant. Definitionum Medicarum Auctor ὑδροκέφαλον esse dicit ὑδατώδους ὑγροῦ ἢ αἵματος τοῦ τρυγώδους συλλογὴν κατά τι μέρος τῶν τὴν κεφαλὴν πλεκόντων σωμάτων. Ὑδροκήλη, ἡ, Ramex aquosus, i. e. Tumor aquosus corporum scrotum implicantium. Gal. de Tumoribus præter Naturam, scribit aquosum eum humorem in tunicis quæ testes ambiunt, coacervari: Paulus vero Ægineta generalius ἐν τοῖς τὸν ὄσχεον διαπλέκουσι σώμασι. Ceterum humor hic colligitur, ut Celsus ait, integris testium membranis: quamvis iis quoque ruptis vel laxatis interdum colligi possit. Sunt autem duæ species τῆς ὑδροκήλης, auctore Celso; nam vel inter tunicas is humor increscit, vel in membranis quæ ibi circa venas et arterias sunt, ubi hæ gravatæ occalluerunt. Ac ne ei quidem humori, qui inter tunicas est, una sedes est; nam modo inter summam et mediam, modo inter mediam et imam consistit. Verum Paulus hanc secundam differentiam non expressit: dixitque colligi magna e parte in tunica erythroide circa anteriorem testiculi regionem, qua potissimum membrana illa a testiculo separatur, alibi autem rarissime. Aliquando vero, ut idem Paulus docet, peculiari quadam tunica humor ille comprehenditur: vocantque hoc malum Chirurgi ἐν * ἐπιγεννητῷ, quod in membrana supernascente, et quæ prius non erat, ille continetur, veluti atheroma quoddam, aut steatoma: speciemque aliquam tertii testiculi præ se fert. Sciendum autem est, non semper aquam colligi in eo morbo, sed humorem sanguineum interdum, vel fæculentum. Meminit Aëtius τῆς ὑδροκήλης et inter morbos mulierum: Aspasiamque auctorem secutus scribit circa pudendi alas consistere, inflationi similem, debili ac molli tumore: et aliquando alteram tantum, quandoque utramque partem occupare, et ad contactum exhibere speciem quandam fluctuantis humoris. Hæc Gorr. Vide Paul. 6, 62. Cels. 7, 18. Græcum porro vocab. retinent Latini, inter quos Martialis dicit Tumidas hydroceelas, l. 12. UNDE Ὑδροκηλικοὶ, Hydrocelici, Qui laborant aquoso ramice. Plin. 30, 8. Hydrocelicis stelliones prodesse tradunt. [Ὑδροκηλικὸν * κοπάριον, Paul. Æg. 6, 62. * Ὑδροκηλία, ἡ, Schleusn. Lex. V. T.] Ὑδρολάπαθον, Lapathum aquaticum. Plin. 20, 21. Sunt qui Hydrolapathon tradunt in aqua natum. [* Ὑδρολόγος, Gl. Aquilex. * Ὑδρολόγιον, τὸ, Cleomedes 2, 1. p. 75.] Ὑδρόμαντις, Qui ex aqua prædicit futura, res futuras ex aqua auguratur, [Strabo 16. p. 1106. Manetho 4, 212. "Ad Charit. 423. 749. ad Lucian. 1, 464." Schæf. Mss.] UNDE Ὑδρομάντεια, ἡ, Ejusmodi per aquas divinatio. [* Ὑδρομαντικὴ, ἡ, Geop. Procem. 7.] Ὑδρομαστευτὴς, Aquarum investigator, idem et ὑδροσκόπος et ὑδροφάντης. UNDE Ὑδρομαστευτικὴ, sc. τέχνη s. ἐπιστήμη, Ars et scientia indagandi aquas, [Geop. 2, 6, 1.] Ὑδρομέδουσα, ἡ, Aquarum regina, Nomen proprium ranæ ap. Auctorem Batrachom. [19.] Ὑδρόμελι, ιτος, τὸ, Aqua mellita, melle mista, quam Lat. Aquam mulsam appellant. De diversis autem ejus miscendæ condiendæque rationibus vide Gorr. nec non Palladium et Colum. 12, 12. quod sic inchoat, Per se facienda erit optimo melle aqua mulsa. Sola vetustate differt ἀπὸ τοῦ μελικράτου, quod aqua mulsa est subita et recens, cum utriusque eadem mistionis ratio fuisse videatur, impares autem vires et usus diversus: id quod e Diosc. perspicuum est. Nec desunt, inquit Diosc. et Colum., qui ὑδρόμελι appellent Quod a melle elutis aqua favis confici servarique solet: verum id ἀπόμελι est. Plin. 14, 17. Fit vinum et ex aqua ac melle tantum: hoc vocatur Hydromeli, et vetustate saporem vini assequitur. Et 31, 6. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris, veluti innocentiore potu. [Geop. 8, 28. "Schneid. Scrr. R. R. 3, 1. p. 373. Mœr. 254. et n." Schæf. Mss. * Ὑδρομέτριον, τὸ, Theo ad Ptol. 5. p. 261.] Ὑδρόμηλον, τὸ, Hydromalum; genus potionis sic dictæ a malis cotoneis, quæ Græci μῆλα vocant κατ' ἐξοχήν. Cujus diversas conficiendæ rationes habes ap. Gorr. e Diosc., (5, 30.) Oribasio, Paulo, Aëtio. [Artemid. 1, 68. Geop. 8, 27. * Ὑδρομιγὴς, Aret. 77, 13. γάλα.] Ὑδρόμυλος, Mola aquaria, i. e. Mola quæ ab aqua circumagitur, Molendinum aquarium. Hesychio * ὑδραλετία. ["Cedren. 295." Boiss. Mss.] In Pand. LEGITUR Ὑδρομύλιον, teste Bud. [* Ὑδρόμυλον, Gl. Aquæmola. * Ὑδρομύλη· Aquamulina.] Ὑδρονομέομαι, i. esse videtur q. ὕδωρ διαμετρῶ Plutarcho. Ad verbum redditur Aquam dispenso ap. Lucian. (2, 335.) Ἦν μὲν γὰρ ἄδικος ἡ ἡμέρα καὶ ἄλογος· ὡς ἂν οὖν * ἐχεγλωττίας οὔσης, οὔτε * ῥησιμετρεῖν εἶχον, οὔτε ἡμερόλεγδον, ὡς ὑδρονομεῖσθαι: quæ verba partim obsoleta sunt, partim ab eo conficta risus gratia. [* Ὑδροπαραστάται, Aquarii, Theodoret. Hæres. Fab. 208. Canon 32. Concil. Trall. Suicer. Thes. Eccl.] Ὑδροπέπερι, Piper aquaticum: plantæ nomen ex eo sic appellatæ, quod φύεται μάλιστα παρὰ στασίμοις ὕδασιν ἢ ἐπιεικέσι ῥείθροις, et habet folia δριμέα ἐν τῇ γεύσει ὥσπερ τὸ πέπερι, οὐ μὴν ἀρωματίζοντα: qua de re Diosc. 2, 191. [Polygonum hydropiper s. Persicaria Linnæi.] Ὑδροποσία, Aquæ potio s. potus, [Xen. K. Π. 1, 5, 7. Plut. 6, 492. 501. 9, 372.] ET Ὑδροπότης, ὁ, Aquæ potor, ut Horat. loquitur, i. e. Qui aquam bibit, potare solet. Xen. K. Π. 6, (2, 11.) Ἕως ἂν μάθωμεν ὑδροπόται γενόμενοι. Antip. Epigr. 2. ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας. Athen. (44.) Καταγράφει καὶ Γλαύκωνα ὑδροπότην. [Plut. 7, 234. 8, 502. Anal. 2, 7. "Jacobs. Anth. 7, 231. 8, 327. 9, 240. ad Ammon. 114." Schæf. Mss.] Ὑδροποτέω, Aquam bibo, poto. Lucian. (3, 211.) Ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν: ut etiam Anchimolus et Moschus, οἱ ἐν Ἤλιδι σοφιστεύσαντες, dicuntur ὑδροποτῆσαι πάντα τὸν βίον, teste Athen. (44.) qui et (429.) tradit ap. Massaliotas lege jussas fuisse τὰς γυναῖκας ὑδροποτεῖν. Et Xen. K. Π. 6, (2, 10.) Ἐθίσαι ἡμᾶς αὐτοὺς ὑδροποτεῖν. Apud Diosc. 5, 17. γυναιξὶν ὑδροποτούσαις Ruell. et Herm. e Plin. verterunt Mulieribus abstemiis, Marcellus autem Mulieribus aquam bibentibus: intelligendas iis verbis credens mulieres, quæ vinum e fœtura fastidiunt. [Herod. 1, 71. "Mœr. 380. et n., ad Ammon. 114. * Ὑδροκώτης, Segaar. Epist. ad Valck. p. 9. * Ὑδροπωτέω, Mœr. l. c. Ammon. 115." Schæf. Mss. Athen. 246. 460. Lobeck. Phryn. 456.] Ὑδροῤῥόδινον, τὸ, Aqua rosaceo oleo mista, [Antyllus Oribasii p. 301. Alex. Trall. 12. p. 721.] AT Ὑδροῤῥόσατον, Potio est e rosis facta. Gorr. e Gal., Paulo, Oribasio, Actuario. [Alex. Trall. 53. 272. 292. 299. et sæpius.] Ὑδροῤῥόα, SIVE Ὑδρόῤῥοια, ἡ, Cloaca, Emissarium, Canalis per quem aqua pluvialis effluit, Schol. Aristoph., ita vocari dicens κοῖλον τόπον δι' οὗ χωρεῖ τὸ ὕδωρ τὸ ἐξ ὑετοῦ, s. τὸ μέρος τῆς στεφανίδος δι' οὗ τὸ ἀπὸ τοῦ ὄμβρου ὕδωρ συναγόμενον κατέρχεται. Utitur autem hoc vocab. Aristoph. 'A. (922.) Δι' ὑδροῤῥόας [ὑδροῤόας, vide Br. not.] βορέαν ἐπιτηρήσας μέγαν: (1185.) εἰς ὑδροῤῥόαν πεσών: (Σφ. (126.) Ὁ δ' ἐξεδίδρασκε διά τε τῶν ὑδροῤῥοῶν Καὶ τῶν ὀπῶν. Posterioris autem ὑδρόῤῥοια hoc affert exemplum ejusd. Comici Scholiastes, e quodam Anonymo, Οἱ δὲ εἰς τὰς ὑδροῤῥοίας συνωθοῦντες αὐτοὺς, διὰ τούτων ἐσώζοντο εἰς τὰς ναῦς. Quibus in ll. nota ὑδροῤῥόας s. ὑδροῤῥοίας, Navium esse cloacas, s. tubos et canales per quos aqua pluvialis in navem delapsa effluit. Jocosa autem metaphora Eubulus Comicus ap. Athen. 13. de mulieribus quibusdam, Κἂν ἐξίῃτε τοῦ θέρους, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὑδροῤῥόαι Δύο ῥέουσι μέλανος· ἐκ δὲ τῶν γνάθων Ἱδρὼς ἐπὶ τὸν τράχηλον ὦλοκα μιλτώδη ποιεῖ. [Ὑδρόῤῥοια, Polyb. 4, 57. Codd. Pollucis 9, 46. Lobeck. Phryn. 497. "Ὑδροῤῥόα, Jacobs. Anth. 9, 413. ad Mœr. 381. Ὑδροῤῥόη, ibid." Schæf. Mss. Polyæn. 1, 37. Apollon. Lex. 124. J. Poll. 1, 224. Schol. Ven. Il. Φ. 259. Hes. v. Ἀμάρη, Helladius p. 17. ad Greg. Cor. 576. * Ὑδρορόη, i. q. ὕδρωψ, Bekk. Anecd. 312. "Mœris 381. et n., Arnaud. Var. Conj. 123. Bergler. Alciphr. 380. * Ὑδροῤῥόος, (Canalis,) ibid. (3, 47.) Mœr. l. c." Schæf. Mss. * Ὑδρορύα, Hes. v. * Κορκοδρύα, Lobeck. Phryn. 492.

* Ὑδροσεληνίτης, ὁ, Damascius Photii p. 1066. Schn. Lex.] Ὑδροσκόπος, ὁ, Aquarum speculator, Qui speculatur rimaturque ubi aquæ lateant, Aquarum indagator. [Ὑδροσκόποι, Gl. Aquilices, Elicatores.] UNDE Ὑδροσκοπικὸν, τὸ, Liber (si quidem subaudiri σύγγραμμα putemus) docens quomodo quis speculari rimarique possit ubi aqua lateat, quique docet quo in loco fodiendum sit ut aquam reperias: quale ὑδροσκοπικὸν Παξάμου extat Geop. 2, [4. Ὑδροσκοπικὴ, ἡ, 2, 6, 47.] Agit vero et Vitruv. de aquæ inventionibus 8, 1. Ὑδροσκοπέω, s. Ὑδροσκοπέομαι, Speculor rimorque ubi aqua lateat, Aquas indago. Democritus Geop. 2, (6, 42.) Δεῖ δὲ τοὺς σκοποῦντας καὶ ὑδροσκοπεῖσθαι τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ. AT Ὑδροσκόπιον accipiunt pro Clepsydræ genere, qua horæ discernuntur, ap. Synes. Ep. 15. quam τῇ φιλοσόφῳ scripsit: in qua cum dixisset sese usque adeo infelicem esse, ut ὑδροσκοπίου indigeat, rogassetque ut sibi id fabricandum emendumque curaret, sic ipsum describit, Σωλήν ἐστι κυλινδρικὸς, αὐλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων· οὗτος ἐπί τινος εὐθείας δέχεται τὰς κατατομὰς, αἷς τῶν ὑδάτων τὴν ῥοπὴν ἐξετάζομεν· ἐπιπωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐκ θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσην ἐγκείμενος, ὡς εἶναι κοινὴν βάσιν ἀμφοῖν, τοῦ κώνου τε καὶ τοῦ σωλῆνος· αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστι τὸ βαρύλλιον· ὅταν οὖν εἰς ὕδωρ καθῇς τὸν αὐλὸν, ὀρθὸς ἑστήξει, καὶ παρέξει σοι τὰς κατατομὰς ἀριθμεῖν· αἱ δὲ τῆς ῥοπῆς εἰσὶ γνωρίσματα. [" Περὶ * Ὑδροσκοπειῶν libros IV. scripsit Hero Alexandrinus, quos laudat Proclus Hypot. Astron. p. 42." Schleusn. Mss.] Ὑδροσπάσιον, τὸ, Aquæ haustus, Bud. e Pand. Ὑδρόσπονδα, Sacra quædam in quibus aqua libabatur, non vino: quæ et νηφάλια. Vide Νηφάλιος. [Porph. Abst. 2, 20.] Ὑδροστάσιον, τὸ, Stagnum: Suidæ λίμνη μικρὰ, Parva palus; veluti cum ante magnam aliquam paludem s. magnum lacum aqua subsistens parvum lacum s. lacunam efficit. Sunt qui in aquæductibus pro Castello accipi dicant. Affert autem hoc exemplum Suid. Παραμειψάμενοι τὸ μέγα τοῦτο ὑ. ἀφίκοντο ἐς τὰς λίμνας, ἐν αἷς ἐπιμιγνύμενος ἀπόλλυται ὁ * Κωφὴν ποταμός. [Menander Hist.: Gl. Stagnum, Stillicidium.] AT Ὑδροστάσιμος pro Stagnans, sine Auctoris nomine affertur. [Diosc. 3, 133. τόπος. * Ὑδροστάτης, Procl. ad Hesiod. p. 133. * Ὑδροστατέω, Suid. v. Ἀξιόλογα, Τοὺς ὑδροστατουμένους τόπους γεφυρώσας.] Ὑδροτόκος, Aquam pariens s. producens, i. e. Aqua manans s. scaturiens, Fontis epitheton ap. Apoll. Rh. Ὑδροφάντης, ὁ, i. q. ὑδρομαστευτὴς et ὑδροσκόπος, Qui aliquo in loco latentes aquas deprehendit, et ostendit quærentibus. UNDE Ὑδροφαντικὴ, s. τέχνη s. ἐπιστήμη, Ars s. Scientia ostendendi et prodendi aquas iis qui eas quærunt. Democr. Geop. 2, (6, 1.) Περὶ δὲ τῆς ὑδροφαντικῆς, ὑπὸ δέ τινων ὑδρομαστευτικῆς λεγομένης, νῦν ἐροῦμεν. Quibus verbis subjungit, Ἀποφαίνονται γὰρ οἱ περὶ τῶν ὑδροφαντικῶν τὴν ἐμπειρίαν εἰληφότες, τὰ μὲν πεδία, ἄνυδρα ὑπάρχειν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τῶν δὲ ὀρέων ἔνυδρα τὰ πλεῖστα. Ubi etiam nota τὰ ὑδροφαντικὰ, Quæ ad ὑδροφάντας pertinent, Quæ τῆς ὑδροφαντικῆς propria sunt.

Ὑδροφόβος, ὁ, ἡ, Qui aquam timet. Plin. 29, 5. Est limus salivæ sub lingua rabiosi canis: qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. Nisi ibi cum ὑδροφόβους malis subaudire morbos: ut ap. Cels. 5. de morsu canis rabiosi, Solet autem in eo vulnere, ubi parum occursum est, aquæ tumor nasci: ὑδροφόβους Græci vocant: miserrimum genus morbi, in quo simul æger et siti et aquæ metu cruciatur. Hinc Gorr. Ὑδροφόβος, inquit, SEU Ὑδροφοβία, Aquæ metus: symptoma est morsus rabiosi canis: aliis statim, aliis quadragesimo die, aliis etiam serius supervenit. Sed nemo eorum, qui a rabioso cane demorsi fuerint, immunis ab ea affectione est, qui neglexerit aut male subierit curationem: idque maxime si corpore fuerit cacochymo et melancholico. In tantum autem aquam (nec eam modo, ut fertur, sed omne etiam liquoris genus) metuunt, ut ea visa, animo vehementissime perturbentur. Res quidem admiratione digna, cum ita affecti, canibus fere similes evadant, non modo rabie, latratibus et morsibus æque pestiferis, quibus obviam factos petunt, sed calida etiam siccaque intemperie et siti. Hujus causas qui investigarunt, existimant eos aquam tantopere aversari, quod in ea, tanquam in speculo, intueantur se rubenti facie, torvis oculis et supra humanum morem efferatis: unde non aquam modo, sed quidquid etiam pellucidum est, abhorrent. Alii dicunt in iis fieri ὑδροφοβίαν, quod canis, a quo morsi sint, imaginem in aqua cernere sibi videantur. Sunt qui vanam esse hujus rei inquisitionem dicant, ipsamque ὑδροφοβίαν nihil aliud esse quam insaniæ ex atra bile genus. Hæc ille inter alia. [Ὑδροφόβος, i. q. ὑδροφοβία, Diosc. 7. Præf. Μήπω περιπεπτωκότων ὑδροφόβῳ. " Bernard. Rel. 70." Schæf. Mss. * Ὑδροφόβας, ὁ, i. q. ὑδροφοβία, Plut. 8, 915. 919. Reiskio susp. Vide Lobeck. Phryn. 639.] Ὑδροφοβικὸς, ut ὑδροφοβικὸν πάθος, Morbus ὑδροφοβικός: quo sc. aliquis a cane rabioso morsus aquam timet perinde ut ipse canis a quo morsus est. Diosc. 7, 2. de morsu canis rabidi, Ὕστερον δὲ ἐμποιεῖ πάθος τὸ καλούμενον ὑδροφοβικόν. Item ὑδροφοβικοὶ homines dicuntur Qui eo πάθει laborant, qui et ὑδροφόβοι. [" Bernard. Rel. 73." Schæf. Mss.] Est inde et VERB. Ὑδροφοβιάω, Aquam timeo, Laboro eo morbo qui ὑδροφοβία nominatur: ut Diosc. 7, 2. scribit Themisonem, secundum quosdam, φίλῳ ὑδροφοβιῶντι προσκαρτερήσαντα προθύμως καὶ συμπαθῶς, εἰς τὴν ὁμοίαν ἐμπεσεῖν διάθεσιν.

Ὑδροφόρος, ὁ, [et ἡ, ap. Xen. K. 'A. 4, 5, 9.] Aquæ gerulus, Lixa s. Calo qui aquam afferre domum solet. Lucian. (1, 547.) Πλὴν εἰ μὴ σκαπανέα γε καὶ ὑδροφόρον αὐτὸν ἀποδεικτέον. Hes. (3, 62.) ὑδροφόρους exp. ὑδρορρόους: forsan iis verbis intelligens Canales qui aliquem in locum aquam ferunt, aquagia s. aquæductus. [Herod. 3, 14. " Ad Lucian. 1, 303. 2, 90. Jacobs. Anth. 9, 8. Valck. Hipp. p. 180. Bergler. Alciphr. 380." Schæf. Mss. " Manetho 1, 85. LXX. (Deut. 29, 11.)" Wakef. Mss.] Ὑδροφορέω, Aquam gero, s. fero, ὕδωρ φορέω, ut Hom. loquitur. Athen. (456.) Τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις. Et ap. Ælian. legimus ὑδροφορούσης pro eo quod Cic. dicit Aquam ferentis mulierculæ, narrans quædam de Demosthene. [Lucian. 1, 129. 303. 3, 62. Xen. K. 'A. 4, 5, 8. Geop. 15, 2, 4. * Ὑδροφόρησις, Eust. 1323.] Ὑδροφορία, ἡ, Aquæ gestatio. Suidas ex Apollonio tradit ὑδροφορίαν Athenis fuisse ἑορτὴν πένθιμον ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ κατακλυσμῷ ἀπολομένοις, Festum lugubre in eorum memoriam institutum, qui diluvio periissent. Meminit et Hesych. [Lucian. 1, 303. * Ὑδροφόρια, τὰ, Festum ab Æginetis Apollini habitum, Schol. Pind. N. 5, 81. * " Ὑδροφορικὸν ἀγγεῖον, Suid. v. Κρωσσός." Schleusn. Mss. * Ὑδροχαρὴς, Eust. Il. B. p. 192, 38. Od. I. p. 341, 22. * Ὑδρόχαρις, Nomen ranæ, Batrach. 225.] Ὑδροχόη, Aquagium, Aquæductus, qui sc. aquam ducens aliquo effundit. Hes. ὑδροχόας exp. ἀμάρας: quæ sunt sulci et aquæductus per quos ὁ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου Ἀμφυτὰ καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύει. [" Mœr. 381. et n." Schæf. Mss.] Apud Suid. vero in Ms. etiam Cod. LEGITUR Ὑδροχεῖα, δεξαμεναί: cum hoc exemplo, Ὁλκὸν τοῦ ὕδατος ἐπεσκεύασε, καὶ ὑδροχεῖα ἐπενόησεν. Supra autem ὑδροδόκους dici Cisternas et aquarum receptacula annotavi. [" Ὑδροχεῖον, Toup. Opusc. 1, 507." Schæf. Mss. Menandri Excerpta p. 124.: melius * Ὑδροχοεῖον, Gl. Aquale. * " Ὑδροχόϊον, Clement. Homil. 10, 1, 26. 11, 1." Kall. Mss.] Ὑδροχόος, ὁ, Aquarius: unum e duodecim zodiaci signis, de quo Ovid. Jam levis obliqua subsedit aquarius urna. Frequens ejus mentio tum ap. alios, tum ap Proclum in Sphæra, ubi dicit Ὕδωρ τὸ ἀπὸ ὑδροχόου, Aqua quæ ab aquario effunditur. Fingunt hunc esse Ganymedem ab Jove raptum: quoniam sc. ἕστηκεν ἔχων οἰνοχόην, καὶ ἔκχυσιν πολλὴν ποιεῖται ὑγροῦ, ἥτις εἰκάζεται τῷ νέκταρι τοῦ Γανυμήδους, ut Theon ap. Arat. annotat: a quo Arato non tantum ὑδροχόος nominatur, SED ET Ὑδροχοεύς: ut Phænom. 389. σποράδην ὑποκείμενοι ὑδροχοῆϊ: ubi etiam paulo post ait, ἐγγύθι δὲ σφῶν Δεξιτερῆς ἀπὸ χειρὸς ἀγαυοῦ ὑδροχόοιο, Οἵη τίς τ' ὀλίγη χύσις ὕδατος ἔνθα καὶ ἔνθα Σκιδναμένου, χαροποὶ καὶ

[" 'Αφανίζειν τὰς ὄψεις, Visu privare, Suid. v. Λώτ." Schleusner. Mss. " Munck. ad Anton. Lib. 21. 42. 92. 112. 168. Thom. M. 130. 212. Toup. Opusc. 1, 60. 2, 160. Emendd. 3, 16. ad Xen. Eph. 148. 187. 191. 245. Lennep. ad Phal. 59. 278. Valck. Diatr. 225. Wakef. S. Cr. 2, 10. 4, 85. 5, 9. Alc. 832. Diod. S. 1, 386. 585. 2, 44. Abresch. Æsch. 2, 99. Jacobs. Anth. 9, 141. 10, 100. 104. 181. 12, 349. Boiss. Philostr. 597. Lobeck. Aj. p. 346. Heind. ad Plat. Gorg. 82. Inquino, Abresch. l. c. Jacobs. Anim. 150. Anth. 8, 260. Dionys. H. 1, 296. Corrumpo, Deformo, T. H. ad Plutum p. 406. Lobeck. Aj. p. 346. Thuc. 2, 278. Bayer. et v. l., Valck. Phœn. p. 132. Ebibo, Toup. Emendd. 3, 16. Ad Deos transfero, ad Diod. S. 2, 298. 'Α., ἀ. ἐξ ἀνθρώπων, Bast Lettre 74. 'Αφανίζεσθαι ἐξ ἀνθρώπων, ad Diod. S. 1, 24. 'Αφανίζω τιμὰς, Bast Lettre 134. 'Αφανίζομαι, In malam rem abeo, T. H. ad Plutum p. 196. Fut. ἀφανίξω, Valck. ad Röv. p. 65." Schæf. Mss.] VERBALIA 'Αφανισμὸς ET 'Αφάνισις, Ipsa actio removendi ex oculis, et reddendi evanidum, item tollendi e medio etc. sequendo signiff. datas verbo 'Αφανίζειν. In VV. LL. E medio sublatio, Abolitio, Interitus. Apud Aristoph. (N. 762.) ἀφάνισις τῆς δίκης, Circumductio, Obliteratio, sequendo signiff. datas verbo ἀφανίζειν cum accus. δίκην. Sed interdum dicuntur hæc verbalia de eo qui disparuit, s. evanuit. Aristot. Probl. de Hercule, Ἡ πρὸ τῆς ἀφανίσεως ἐν Οἴτῃ τῶν ἑλκῶν ἔκφυσις γενομένη. Apud Plut. autem Symp. 4. 'Αφανισμοὶ τῆς σελήνης, Quando luna non apparet: [Romulo 27. " 'Α. ὀργῆς, Iracundiæ abolitio, Mich. Apost. Prov. 3, 89." Schleusner. Mss. " Ad Phalar. 279. Toup. Emendd. 1, 92. 3, 16. 'Αφάνισις, Thom. M. 212. ad Xen. Eph. 191." Schæf. Mss.] " 'Αφανιστέος, Obscurandus, Delendus, Tollendus e medio," [Isocr.] 'Αφανιστὴς, Qui ab aspectu removet, Qui exolefacit et evanidum reddit, Qui tollit e medio, etc. Deletor, [Plut. 9, 294. vide Reisk. " Schol. Opp. 'Α. 2, 421." Wakef. Mss. " Schol. Æsch. S. c. Th. 187." Boiss. Mss.] 'Αφανιστικὸς, Qui vim habet exolefaciendi, vel tollendi e medio etc. [Synes. 98. " Planud. Ovid. Met. 15, 627. * 'Αφανιστικῶς, Suid. v. 'Αΐδηλον, Moschop. Il. Σχ. 190." Boiss. Mss. " Wakef. Alc. 619." Schæf. Mss. " Schol. Il. Φ. 220. Hes." Wakef. Mss. Schol. Soph. Aj. 1299=1261. * 'Αφανιστὴρ, unde * " 'Αφανιστήριος, Const. Manass. Chron. p. 120. Meurs. (=63.) e quo per contr. * 'Αφανίστρια, Schneid. ad Oppian. p. 222. Ed. alt." Schæf. Mss. Schol. Opp. 'Α. 2, 487. Schol. Lycophr. 187. p. 1065. * 'Αφανιστὸς, Gl. Destructilis. * 'Αναφανίζω, unde * 'Ανταναφανίζω, Phav. 90. * 'Εναναφανίζω, M. Anton. 12, 32. Τάχιστα γὰρ ἐναναφανίζεται τῷ ἀϊδίῳ. * 'Αποφανίζω, Schleusner. Lex. V. T. * 'Εναφανίζω, Plut. 7, 906. 10, 35. 523. Longin. 17. M. Anton. 2, 12. (4, 12.) 5, 23. 6, 36. 7, 10. Strabo 1. p. 84.] " 'Εξαφανίζω, Deleo," [Eust. Il. A. p. 30, 11. Od. A. p. 27, 20. Athen. 450. Plato Politico p. 270. " Athan. 1, 43. 55. 276. Dionys. Areop. 146. Clem. Alex. 95. Basil. Magn. Epist. 79. Method. 288. 327." Kall. Mss. " Nilus Epist. 231. Jo. Climac. Scala 186. 194. Nectar. Hom. p. 5. Basil. de Jejunio Hom. 1. init. Max. Planudes in Prece ined. Is. Porphyr. in Allatii Exc. 271. Schol. Greg. Naz. Stelit. 1. p. 47. Montac., Bekk. Anecd. 753. Marcus Eremita p. 37. 77. Psell. in Cantic. Cant. 2, 16. Jo. Damasc. Ep., ad Theoph. de Imagg. 129. 132. * 'Εξαφανισμὸς, Nilus Epist. 99. * 'Εξαφάνισις, Nectar. Hom. p. 8." Boiss. Mss. * Συνεξαφανίζω, Athan. 1, 851. 2, 235. * 'Επαφανίζω, Creuzer. ad Plotin. de Pulcr. 282. Jambl. V. P. §. 77. ad Greg. Cor. 327. * " Παραφανίζομαι, Misere perdor, Aboleor, Athan. 1, 42. 47. 2, (58.) 167." Kall. Mss. * Προαφανίζω, Diod. S. 1. p. 17, 40. Heliod. Æth. 512, 20. * Συναφανίζω, Dionys. H. 1. p. 1, 4. Strabo 6. p. 395., 12. p. 867., 17. p. 1088. " Athenag. 19. Nectar. Hom. p. 5, Planud. Ovid. Met. 13, 437." Boiss. Mss. Joseph. A. J. 18, 2. " Chrys. περὶ Μετανοίας 2. T. 6. p. 770, 12." Seager. Mss. " Greg. Naz. Or. 10. p. 169." Strong. Mss. * 'Υπαφανίζω, Ælian. N. H. 2, 56.]

[* Δευτεροφανὴς, unde * " Δευτεροφανῶς, In secunda apparitione, Dionys. Areop. 62. Secundo loco, 35." Kall. Mss.] " Δυσφανὴς, Vix apparens, Obscurus, " Plut. (7, 699.) de Sole, Ἔστι μὲν ἀεὶ, φαίνεται δὲ " ἡμῖν ἐν ὁμίχλῃ δυσφανὴς καὶ ἀμαυρός:" [Codd. * δυσφαής. Cf. p. 700. Idem Lucullo 9. Δ. καὶ νοτερὰ νύξ. " Themist. Or. 1. p. 2." Boiss. Mss.]

[* " 'Ενιαυτοφανὴς, Epith. stellarum, Ptol. ap. Fabr. B. Gr. 4, 427. An * ἐναντιοφανής?" Kall. Mss. * " 'Ετεροφανὴς, Hippolytus in Canisii Lectt. Antiqq. 1. p. 17. οὐσία, natura." Schleusn. Mss. * Εὐφανὴς, Nonn. D. 40. p. 1040. " Planud. Ovid. Met. 6, 588. " e corr., cum sit ἀφανὴς lectio Codd., sed hic absurda." Boiss. Mss.]

[* " 'Ημεροφανὴς, Interdiu lucens, Andr. Cr. 177. Cyrill. Hieros. Præf. 7. Athan. 2, 228. Greg. Naz. εἰς τοὺς Μαρτυρ. App. Vol. 1." Kall. Mss. " Suid. v. Ἠλέκτωρ: Ἥλιος, ἄστρον ἡμεροφανές." Schleusn. Mss. * 'Ημιφανὴς, Strabo 1161.]

[* Θηροφανὴς, Procl. in Hesiod. Ἔργ. 152. p. 45. Heins.]

[* 'Ιθυφανὴς, unde * " 'Ιθυφάνεια, ἡ, Heliod. Optic. Κατ' ἰθυφάνειαν ὁρᾶται." Schn. Lex. Cf. 'Αντιφάνεια. * " 'Ισοφανὴς, Nonn. D. 9, 232." Wakef. Mss.]

[* " Καλλιφανὴς, Const. Manass. Chron. p. 120. var. lect." Boiss. Mss.]

[* Λαμπαδοφανὴς, unde * " Λαμπαδοφανῶς, Lucide, Athan. 2, 355." Kall. Mss. * Λαμπροφανὴς, Paul. Alex. Apot. L. 4. * " Λυχνοφανὴς ἀστὴρ, Stella splendidissima, Phot. c. Man. 1, 20. (ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 98.)" Schleusn. Mss.]

[* Μεγαλοφανὴς, Hes. v. Μεγαλοπρεπής. * " Μελλοφανὴς, Jo. Malal. 1, 104." Elberling. Mss.] " Μεσοφανὴς, In medio apparens," [" Nonn. Jo. 6, 7." Wakef. Mss. * Μουνοφανὴς, Paul. Sil. Ecphr. 423. λαμπτήρ.]

[* Νεοφανὴς, Phot. adv. Man. in Wolfii Anecd. Gr. 1, 1. 56. 121. Eust. Od. 1572, 22. Theophyl. in Marc. 8. p. 230. * " Νεοφανῶς, Jo. Climac. Scala 232." Boiss. Mss. * " Νηπιοφανὴς κύριος, Andr. Cr. 113." Kall. Mss.]

[* " Παλαιοφανὴς, Qui vetus apparet, Geop. 1, 514. (7, 24, 1.)" Wakef. Mss. * " Παντοφανὴς, Const. Manass. Chron. p. 91." Boiss. Mss. * " Πασιφανὴς, Nonn. Jo. 12, 10." Wakef. Mss. * Πολυφανὴς, Eust. 254, 6.] " Πρωτοφανὴς, Primo apparens, e " Nonno," [Schol. Eur. Hec. 458. " Synes. H. 3, 135." Boiss. Mss. Πρωτοφανέστατος, Theol. Arithm. p. 16. * " Πρωτοφανῶς, Dionys. Areop. 48. * Πρωτοφάνεια, 62." Kall. Mss.]

Τηλεφανὴς, Qui procul apparet s. conspicitur, Procul dissitus, Longinquus. Aristoph. N. (281.) Τηλεφανεῖς σκοπιὰς ἀφορώμεθα. Redditur etiam Procul lucens. [" Wakef. Phil. 189." Schæf. Mss. * " Τριφανὴς, Dionys. Areop. p. 27." Kall. Mss.]

Ψευδοφανὴς, Mendaci luce splendens, Ementita luce splendens s. Adulterina, ut luna. In VV. LL. [" Diog. L. 79." Wakef. Mss. Stob. Phys. 564.]

'Αναφαίνω, Manifesto, Ostendo, Edo. Il. A. (87.) Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις, Manifestas reddis, alioqui obscuras. Sic Od. Δ. (254.) Μὴ μὲν πρὶν 'Οδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι, i. e. δεῖξαι, inquit Eust., Ostendere: et Il. Υ. (411.) Δὴ τότε νηπιέῃσι ποδῶν ἀρετὴν ἀναφαίνων. Apud Lucian. pro Exhibeo, Edo, Bud. || 'Αναφαίνειν γῆν τινα, Terram aliquam discooperire, ut Galli loquuntur, sicut et Bud. annot. Act. 21, (3.) 'Αναφάναντες δὲ τὴν Κύπρον, Cum autem cernere Cyprum cœpissemus, vel, Cum Cyprus nobis in conspectu esse cœpisset. Huic opp. ἀποκρύπτω, ex eod. metaphoræ genere sumtum. 'Αναφαίνομαι, Appareo, Conspicuus fio, Manifestus reddor, Comperior. Il. P. (244.) ἡμῖν δ' αὖτ' ἀναφαίνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Aor. [Præt.] med. ἀναπέφηνε pro Apparuit, Visum est, Lucian. (1, 99.) Et ἀναπέφηνα pro Compertus sum, ap. Plat. [Xen.] Apol. (24.) Οὔτε ὀμνὺς οὔτε ὀνομάζων ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα. Plato de Rep. 1. 'Ο μὲν δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφανται ὢν ἀγαθὸς, Justus nobis compertus est vir esse bonus. Sic et ap. Xen. cum participio itidem, (5, 8.) 'Αναφαίνομαι ἔχων. Sic et K. Π. (3, 2, 7.) Νῦν ἀναφαινό-

μεθα σεσωσμένοι: (4, 5, 8.) Αὐτίκα οὐδεμίαν ἔχοντες ἰσχὺν ἀναφανούμεθα. Apud Plat. de LL. Ἂν ἀναφανῇ δρῶν, exp. Si deprehensus fuerit patrare. Ego autem mallem exponere, Si manifesto deprehensus fuerit. Dicit etiam Xen. (Ἀπ. 2, 2, 14.) Ἐν ἐρημίᾳ φίλων ἀναφανῆναι, pro Esse in manifesta solitudine amicorum; ita enim reddere placet infin. ἀναφανῆναι: quoniam per Comperiri vix puto satis commode verti. Videntur autem mihi Latini habere quædam loquendi genera per nomen Manifestus, apta exprimendis nonnullis locis, in quibus Græci verbo ἀναφαίνομαι utuntur: ut, ἐκεῖνος ἀναφαίνεται ψευδόμενος, plane respondere puto huic Latinæ dicendi formulæ, Manifestus est mendacii. Dicitur et Manifestum tenere mendacii, a Plauto. Cic. Verr. 4. Manifestis in rebus hominem jam teneri videbitis. Illud autem Platonis, Ἂν ἀναφανῇ δρῶν, dixi vertendum mihi videri Si manifesto deprehensus fuerit: quæ locutio est Ciceroniana, et propriam significationem verbi ac primam exprimit, ob additum adverbium Manifesto. Quod autem dicit Xen., Ἀναφαινόμεθα σεσωσμένοι, verti possit commode, ut opinor, Manifestam salutem adepti sumus; aut Certam salutem adepti sumus. Et quod dixit Ovid., in Epistola Sapphus, fies manifestus Apollo, id Græce optime reddatur, ἀναφανῇ ὢν Ἀπόλλων. Item quod Idem 1 Am. El. 4. fiam manifestus amator: ita, ἀναφανοῦμαι ἐρῶν. ‖ Ἀναφαίνεσθαι et κατακαλύπτεσθαι a Plat. opponuntur in Timæo, ubi Cic. participium ἀναφαινόμενοι reddit Emersi: quod enim Plato dicit, Ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕστινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται, καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι φόβους καὶ σημεῖα κ. τ. λ. Cic. vertit, Quibusque temporibus a nostro aspectu oblitescant, rursusque emersi terrorem incutiant. Theodorus autem Gaza quod ipse Cic. in Cat. Majore dixerat, Alterum ille extitisset lumen civitatis, reddidit, Ἕτερον ἂν φέγγος ἐκεῖνος τῆς πόλεως ἀνεφάνη. [" Boiss. Philostr. 642. Toup. Opusc. 1, 397. Emendd. 2, 133. Zeun. ad Xen. K. Π. 297. ad Lucian. 1, 314. Mitsch. H. in Cer. 225. Ἀναφῆναι et ἀναφῦναι conf., Fac. ad Paus. 1, 299. Ἀναπέφηνα, Appareo, Xen. K. Π. 277. ad Lucian. 1, 71. 372. Ἀναπέφηνας, Reddidisti, Lucian. Dial. p. 48. vide T. H. p. 58." Schæf. Mss. " Reddo, Suid. 2, 469. De fonte producto, Philostr. 785." Wakef. Mss. * " Ἀμφαίνω, Eur. Herc. F. 920. et Musgr., Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 84." Schæf. Mss. Pind. N. 9, 29. Π. 4, 110.] " Ἀμφανής, vide in Ἀμφαής." [Stob. Serm. 11. Pind. ap. Plut. 8, 224. * Ἀναπεφασμένως, Aristoph. Λ. 1101. Kust. * ἀναπεφλασμένως Brunck.]

Ἀναφανδὸν, adverbium, Manifesto, Palam, Propalam. Legitur ap. Lucian. (2, 116. 365. 3, 471.) Utitur et Plut. Alcib. (19.) Ἀκούοντες ἀ. λεγόντων: [Timol. 7. " Heyn. Hom. 5, 349." Schæf. Mss. " Arat. D. 39. Dionys. H. 1, 894." Wakef. Mss. Append. ad Bast. Ep. Cr. 277.] Hom. pro ἀναφανδὸν dicit ETIAM Ἀναφανδὰ, quod est veluti adverbiale nomen in plurali numero: Od. Γ. (221.) Οὐ γάρ πω ἴδον ὧδε θεοὺς ἀναφανδὰ φιλεῦντας. Et Λ. (454.) κρύβδην et ἀναφανδὰ opponit. [" Manetho 3, 331. 6, 189." Wakef. Mss. Apoll. Rh. 4, 84. ἀναφανδὰ τέτυκται Πάντα.] " In VV. LL. pro his perperam " scriptum Ἀναφαντὰ et Ἀναφαντόν." Per sync. autem DICITUR [* Ἀμφανδὸν, Pind. Π. 9, 73. ITEM] Ἀμφαδὸν, ead. signif., ut Od. Ξ. (330.) ἢ ἀμφαδὸν, ἦε κρυφηδὸν, Aut palam aut clam. [Nonn. Jo. 132. 167. " Heyn. Hom. 5, 349. Cattier. Gazoph. 57. * Ἀμφαδὸς, ibid." Schæf. Mss.] ITEM Ἀμφαδὰ ap. Nonn. (Jo. 204.) ut ἀναφανδὰ pro ἀναφανδὸν, in l. quem modo protuli: quod ἀμφαδὰ est et nomen adj. plurale neutrum, pro Manifesta, Hom. [Od. Τ. 391. Apoll. Rh. 3, 615. " Cattier. Gazoph. 57." Schæf. Mss.] Sed et Ἀμφαδίην ap. Hom. pro eod. [Il. H. 196. N. 356. Theognis 90. Nonn. Jo. 92. 140. 203. " Heyn. Hom. 5, 343. 6, 437. Brunck. Apoll. Rh. 90. 103. 105. Jacobs. Anth. 11, 127. * Ἀμφαδίη, Brunck. ll. cc. (2, 1020.) Heyn. Hom. 6, 437." Schæf. Mss.] " Ἀμπαδίην, Hes. affert pro φανερῶς: " sed scr. potius ἀμφαδίην." Est vero et NOMEN Ἀμφάδιος, pro Manifestus, oppositum habens κρυ-

A πτάδιος. [Od. Z. 288. " Jacobs. Anth. 11, 63. 127. Toup. Opusc. 1, 552. 2, 292." Schæf. Mss.] At vero ab illo Ἀμφαδὸν s. potius Ἀμφαδὰ, est VERB. Ἐπαμφάδησε pro Circumspexit, Admiratus est, Hes. [* " Ἀμφάδην, Jacobs. Anth. 6, 159. Heyn. Hom. 5, 350. * Ἀμφαδής, Ilgen. ad Hymn. 257." Schæf. Mss. * " Διαμφάδην, J. Poll. 2, 129. ubi et * Διαφάδην, 6, 208. * Διαφάνδην," Kall. Mss.]

[* " Ἐξαναφαίνω, Exhibeo, Manetho 2, 153." Schleusn. Mss. Orph. Arg. 1354. Fr. 7, 2.] " Ἐξαναφανδὸν, Aperte, Clare, pro ἀναφανδὸν," [Od. Υ. 48. * Προαναφαίνω, Phav. 48. * " Συναναφαίνω, Una appareo, Euseb. V. C. 447." Kall. Mss. " Euseb. V. C. 2, 7. Planud. Dial. ined. de Grammatica, Heliod. 6, 5. Basil. Schol. in Greg. Naz. in Notit. Mss. T. 2. P. 12. p. 65." Boiss. Mss. Philostorg. 12, 8. Lucian. 1, 788. 2, 271. Dem. Phal. 6.]

" Ἀντίφανσις, verbale AB ἀντιφαίνω, J. Poll. e " Plat. affert, sed non exp." [* Ἀντιφανής, unde * " Ἀντιφάνεια, Heliod. Lariss.: vide Balfor. ad
B Cleom. 266." Kall. Mss. * Ἀντιφάνης autem est Nom. propr.: conf. c. * Ἀντιφῶν, Append. ad Bast. Ep. Cr. 42=Lettre 96.]

Ἀποφαίνω, Ostendo, Demonstro, Declaro, Palam facio. Thuc. 3, (63.) p. 104. meæ Ed. Ὡς δὲ ὑμεῖς μᾶλλόν τε ἠδικήκατε τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἀξιώτεροί ἐστε πάσης ζημίας, πειρασόμεθα ἀποφαίνειν, Conabimur demonstrare, vel declarare, s. palam facere. Isæus in sua πρὸς Ξαίνετον Or. Οὕτω καὶ τούτους καθ' ἕν τι τούτων ἀποφήναντας, αὐτοῦ ἀξιοῦν ἐπιδικάζεσθαι, καὶ μὴ πρὸ δίκης κ. τ. λ. Ita et istos oportebat unumquodque horum demonstrantes, ita demum postulare ut ad vindicandum admitterentur, Bud. Non male autem, sed rectius etiam fortasse, dixerimus hic Probantes: itidemque Probans pro ἀποφαίνων, in isto Aristoph. Σφ. loco (679.) Ἀλλ' αὐτήν μοι τὴν δουλείαν οὐκ ἀποφαίνων ἀποκναίεις. Interdum vero commode reddi videtur verbo Indicare, ut cum dicit Thuc. 4, (83.) p. 148. Μᾶλλον δὲ καθαιρέτην ὧν ἂν αὐτὸς ἀποφαίνῃ πολεμίων, pro πολεμίων οὓς ἂν αὐτὸς
C ἀποφαίνῃ. Eversorem hostium quos ille indicarit. Ubi tamen possis etiam reddere Ostenderit. At Valla reddidit, Destructorem hostium quos ipse denuntiasset. Sæpe autem participio jungitur, et quidem in illa Demonstrandi signif. s. Declarandi, vel Palam faciendi, aut etiam Probandi. Aristoph. Πλ. (468.) κἂν μὲν ἀποφήνω μόνην Ἀγαθῶν ἁπάντων οὖσαν αἰτίαν ἐμέ. Thuc. 2, (13.) p. 53. Ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα τεσσαράκοντα τάλαντα σταθμὸν χρυσίου ἀπέφθου, καὶ περιαιρετὸν εἶναι ἅπαν, Declarabat. Valla tamen reddidit Affirmabat, sicut ἀποφαίνω vertit Pronuntio, in hoc ejusd. libri loco: Ἐγὼ δὲ ἀποφαίνω, δύο μερῶν τῶν ἐς χρῆσιν φανερῶν, γῆς καὶ θαλάσσης, τοῦ ἑτέρου ὑμᾶς παντὸς κυριωτάτους ὄντας, ubi certe vel Pronuntio vel Affirmo videtur tolerabilius reddi, quam in proxime præcedente loco: tunc autem erit pro ἀποφαίνομαι. Sed jungitur et infinitivo a Plut. Quam constr. habet ap. eund. Thuc., et quidem in loco vicino ei quem modo protuli ex ejus l. 2. p. 53. Ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα κ. τ. λ. Paucis enim in-
D terjectis subjungit, Ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι, ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων, (τοσοῦτοι γὰρ ἐφύλασσον —,) ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους καὶ χιλίους, ξὺν ἱπποτοξόταις, ἑξακοσίους δὲ κ. τ. λ.: nec enim dubito quin verbum ἀπέφαινε e sequentibus sumtum, jungi et cum illo superiore εἶναι debeat, sicut hic infin. vicissim illinc ad hæc sequentia transferri. ‖ Ἀποφαίνειν aliquam Indicandi signif. habere videtur et cum accus. οὐσίαν. Exp. autem Bud. ἀποφαίνειν τὴν οὐσίαν, Dare commentarium s. indicem bonorum, quod inventarium appellant. Et addit, esse enim ἀποφαίνειν, Exhibere: unde ἀποφαίνειν τὴν διαθήκην, Exhibere et proferre tabulas testamenti, ap. Lys. Idem alibi ἀποφαίνειν τὴν διαθήκην esse ait Edere testamentum et exhibere, h. e. φανεροποιεῖν. Sic autem ἀποφαίνουσι reddit Exhibent ap. Dem. Ἔργον μὲν οὐδὲν ἀποφαίνουσι τοῖς χρήμασι, Nullum exhibent fœnus, Nullum quæstum pecuniarum referunt. Apud Eund. (819.) Ἕνδεκα μνᾶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπέφηνε, In

rationes retulit, Acceptas tutelæ retulit. Unde ait ἀποφαίνειν esse verbum ad rationes tutelares pertinens. Vide p. 291., ubi scribit etiam, poni λογίζεσθαι pro hoc ἀποφαίνειν, cui etiam opponi videbis ἀφανίζειν. || Ἀποφαίνειν, Revelare, Deferre, Crimen objicere, ut exp. Idem ap. Lys.: addens, ἀποφαίνειν accipi etiam pro Tradere judicibus, quasi criminum reos, quasique statim damnandos illis objicere. In VV. LL. e Xen. ἀποφαίνειν εἰς τὸ κοινόν. Et e Plat. de LL. Ἀποφαίνειν πρὸς τὸ δημόσιον, Deferre rem ad populum. || Ἀποφαίνειν accipitur etiam pro Efficere, Reddere: ut, Πλουσίους ἐκ πενήτων ἀποφαίνειν, Lucian. (1, 108.) Divites e pauperibus efficere. I. e. Efficere divites, qui antea pauperes fuerant. Alia autem exempla Bud. habet p. 291. præter quæ tibi multa passim occurrent. Existimo porro ἀποφαίνειν in hujusmodi quoque ll. quandam Exhibendi signif. habere, ut sc. sonet ἀποφαίνειν τί, q. d. Effectam exhibere rem quampiam.

Ἀποφαίνομαι, passiva signif. Ostendor, Demonstror, Declaror. Dinarch. Τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην, ἐξάγομαι γὰρ, ὃν οὐχ εἷς ἀνὴρ, ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ζητήσασα ἀποπέφανται χρήματα ἔχειν καθ' ὑμῶν, καὶ ὃς ἀποπέφανται μισθαρνῶν καὶ δωροδοκῶν κατὰ τῆς πόλεως, καὶ ταῦτα ἐξελήλεγκται, τοῦτον οὐ τιμωρησάμενοι, παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις; ubi ἀποπέφανται, esse ἀπὸ τοῦ Ἀποφαίνομαι Bud. scribit, posterius ἀπὸ τοῦ Ἀποφαίνω, τὸ ἀποδεικνύω. Sed hoc ita intelligamus necesse est, esse posterius illud ἀποπέφανται, a pass. Ἀποφαίνομαι, sequente illam activi Ἀποφαίνω signif. qua ponitur pro ἀποδεικνύω. Exp. autem ἀποπέφανται in illo Dinarchi loco, Probatus est, Convictus est. Cui loco addere istum Ejusd. possumus, Ἐπειδὴ οὗτος ἀποπέφανται εἴκοσι τάλαντα ἔχων χρυσίου: nec non istum ex Or. in Aristog. Ἢ διὰ τί τὸ μὲν ἀποφαίνειν τὴν βουλὴν τοὺς εἰληφότας τὰ χρήματα, φαίνεσθε σπουδάζοντες, τὸ δὲ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀποπεφασμένους ἐῶντες; ubi tamen ἀποπεφασμένοι dicuntur non simpliciter Convicti, si sequamur signif. quæ data fuit verbo ἀποφαίνειν, dicto itidem περὶ τῆς βουλῆς. Et addit, τὰ ἀποπεφασμένα dici Quæ probata sunt, Demonstrata, Comperta. Item τὰ κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένα χρήματα vocare Dinarchum pecunias, quas accepisse Demosthenem compertum sit. Hinc et ADV. Ἀποπεφασμένως, (q. d. Comperte,) Manifeste, Aperte, Palam. Dem. (1367.) Ὁπόσαι ἂν ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀ. "Ἀποφασμένον, Varin. affert pro ἀποδεδειγμένον: et Ἀποφασμένως pro φανερῶς, subjungens hoc e Dem. c. Neæram exemplum, Ἀποφασμένως πωλοῦνται. Sed parum fideliter hæc e Suida et Harpocr. exscripsit; ap. eos enim scriptum ἀποπεφασμένον et ἀποπεφασμένως, ut scribi etiam debet. Notandum porro ἀποπεφασμένον ab iis exponi etiam ἀπειρημένον, Vetitum, Interdictum, tanquam ab ἀπόφημι." Est alioqui Ἀποφαίνομαι in activa signif. usitatius. Pro Declaro s. Explico, in VV. LL. ex Aristoph. (N. 368.) τουτὶ γάρ ἔμοιγ' ἀπόφηναι. Et e Xen. (Ἀπ. 4, 2, 21.) Ἀποφαίνομαι τὸν λογισμόν. Sæpe autem jungitur accusativo γνώμην. Verum ponitur ἀποφαίνομαι τὴν γνώμην, non simpliciter pro Declaro sententiam meam, Ostendo sententiam meam, (quod genus loquendi extat ap. Terent.,) sed Profero palam meam sententiam, atque adeo pronuntio. Xen. K. Π. 4, (1, 2.) Τότε τὴν γνώμην περὶ αὐτῶν ἀποφανοῦμαι: (Ἀπ. 4, 4, 9.) Οὐδὲ ἀποφαίνεσθαι τὴν γνώμην περὶ οὐδενός: quæ Bud. vertit, Nec de quoquam sententiam suam prodere atque efferre, addens eum ἀποδείκνυσθαι τὴν γνώμην pro eod. dixisse. Observa autem hoc quoque genus loquendi ἀποδείκνυσθαι τὴν γνώμην respondens ad verbum illi Terentiano, Ostendere suam sententiam, sed significantius et ipsum. Exp. autem ἀποφαίνεσθαι τὴν γνώμην etiam Dicere sententiam. At de ἀποφαίνομαι τὴν δίαιταν dicam infra. Ceterum ut Lat. Pronuntiare dicunt sine adjectione etiam, et quidem sæpius, sic Græci ἀποφαίνεσθαι. Isocr. Panath. Μὴ προπετῶς ἀποφαίνεσθαι περὶ ὧν οὐκ ἴσασι. Xen. (Ἀπ. 2, 1, 21.) Πρόδικος ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται. Et cum infin., ut ap. Chrys. Πάσης ἀρετῆς ἀφορμὴν εἶναι τὴν προσευχὴν ἀποφαίνεται. Sed hoc in loco aliisque hujusmodi ἀποφαίνεσθαι redditur etiam Affirmare. A Bud. exp. ὑποτιθέμενος, Pro sententia constituens, ap. Plut. ὑποτιθέμενος facientem minus quam ἀποφαινόμενος, ut videbis p. 189. 190. Idem p. 479. tradit ἀποφαίνεσθαι et δογματίζειν dici, qui aliquid ponunt et statuunt, e Diog. L. Tradit vero esse et verbum Dialecticum pro Enuntiare: unde ἀπόφανσιν et ἀποφαντικὸν λόγον dici ab Aristot. π. Ἑρμηνείας. Sed p. 293. licet ἀποφαίνεσθαι dicat esse Censere et Sententiam ferre, in loco tamen Dem. quem subjungit, non simpliciter ponitur, sed cum accus. δίαιταν, in priore quidem certe membri parte: videtur autem ἀπὸ τοῦ κοινοῦ et in posteriore repeti debere. Vertit porro ibi Arbitrium ferre. [In ærarium inferre, aut a rationalibus in tabularium ærarii inscribi curo, Dem. 480. "Ad Phalar. 266. 337. Phryn. Ecl. 71. 184. Thom. M. 883. Markl. Suppl. 335. Brunck. Soph. 3, 501. ad Lucian. 1, 184. 233. 285. 806. ad Diod. S. 2, 99. 181. 197. 323. Boiss. Philostr. 333. Fischer. Ind. Palæph. v. Αἴνιγμα, ad Charit. 206. Brunck. ad Æsch. Pers. 855. ad Xen. Eph. 131. Alciphr. 192. Valck. Diatr. 270. Cattier. Gazoph. 92. Efficio, Bergler. ad Alciphr. 70. Plut. Mor. 1, 8. Ἀπόφηνον, Aristoph. Εἰρ. 987. Ἀποφανεῖν, Lucian. 2, 259. De act. et med., Diod. S. 2, 343. Addend. ad p. 45. Heind. ad Plat. Gorg. 67. ad Dionys. H. 3, 1428. Ἀποφαίνομαι, ad Lucian. 1, 794. ad Diod. S. 2, 631. Dionys. H. 1, 74. 170. Ἀποφανθεὶς, ἀποφανεὶς, Valck. Phœn. p. 357. Ἀποφανόμενος, Plato de LL. 459. Ast." Schæf. Mss. "Ἀποφαίνομαι, E longinquo appareo, Apoll. Rh. 4, 1711. (Τοῖσι δέ τις Σποράδων βαιὴ ἀπὸ τόφρ' ἐφαάνθη Νῆσος ἰδεῖν.)" Wakef. Mss.: Lex. Xen.: Polyb. 1, 15. Τούτους φεύγοντας, — καὶ ταῖς ψυχαῖς ἀποδεδειλιακότας ἀπέφηνεν, Pronuntiat: Batrach. 143. Ὡς εἰπὼν ἀπέφηνε, Rem exposuit. "Nego, Suid. v. Ἀπέφηνεν, e Menandro, M. Anton. 3, 6. Method. 299." Kall. Mss. "Conficio, Philostr. V. A. 3, 1." Schleusn. Mss. "Ostendo, 1, 12. ubi v. notas. Med. ἀποφαίνεσθαι, Dicere, 3, 11. Nam ἀποφαίνειν proprie est Ostendere, quid alii sentiant: ἀποφαίνεσθαι, Ostendere suam sententiam: v. Xen. K. Π. 4, 1, 2. Herod. 1, 207. Plato Theæt. 27. Justin. M. Apol. 1, 3." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr.]

Ἀπόφανσις, ET Ἀπόφασις, ἡ, Enuntiatio. Ut tamen redditur ἀποφαίνεσθαι, Pronuntiare, (ea signif. qua dicitur Pronuntiare de aliqua re,) sic ἀπόφανσις reddere non dubitem et Pronuntiatio, sequens h. Cic. l. in libello de Fato, Quod cum ita sit, quid est cur non omnis pronuntiatio, aut vera aut falsa sit? Sed et Pronuntiatum ex Eod. interpretor, quippe qui scribat Tusc. Quæst. 1. Omne pronuntiatum; sic enim mihi in præsentia occurrit ut apppellarem ἀξίωμα: utar post alio, si invenero melius: id ergo est pronuntiatum quod aut verum aut falsum esse dicitur. Cum igitur dicis, Miser M. Crassus, aut hoc dicis, Miser est M. Crassus, ut possit judicari verum id falsumne sit: aut nihil dicis omnino. Fateor alioqui eum multo frequentius enuntiationis appellatione uti cum alibi, tum in illo opusculo de Fato: et quidem dicens itidem in ejus principio Enuntiationes esse, quæ Græci ἀξιώματα vocant. Quemadmodum autem et Pronuntiatio et Pronuntiatum ab eo dicitur, sic non solum Enuntiatio, sed Enuntiatum quoque, veluti cum scribit, Nec si omne enuntiatum aut verum aut falsum est, etc. Nihil autem est aliud his in ll. ἀξίωμα Ciceroni, a Stoicis hanc vocem sumenti, quam quod Aristot. ἀπόφανσιν appellat. Quæ autem Bud. hac de voce scribit, vide p. 293., ubi non solum Enuntiationem et Enuntiatum a Cic. appellari ostendit, sed et Effatum: a Gellio autem et Proloquium. At in VV. LL. affertur ἀπόφασις pro Affirmatione ex Hermog. de Invent. 2. Ἐὰν ἀπὸ τῆς ἀποφάσεως εἰς τὴν πεῦσιν καταστῇς· ὡς ὁ Δημοσθένης τὰ πρῶτα κῶλα ἀπεφήνατο. Ibid. ἀπόφανσιν et pro Sententia poni docet, cum ab aliis tum ab Hermog. Ibid., ἀπόφασις, inquit, dicitur ἡ ψῆφος δικαστική et sententia judicis, in Pandectis. Demosth. (899.) Ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον τὴν ἀπόφασιν [—νσιν] ἐποιήσατο, i. e. ἀπεφήνατο. Sed et pro Dicto ac sententia brevi

poni a Plut. docet. Locis autem quos ex illo affert, addere hunc potes (T. 1. p. 421.) Ὁ Σόλων ἐξήνεγκε περὶ εὐδαιμονίας ἀπόφασιν πρὸς Κροῖσον. || Erant etiam ἀποφάσεις, inquit p. 292., quæ fiebant in curia Areopagi, h. e. rei quæsitæ probationes, παρὰ τὸ ἀποφαίνω. Antequam enim rei criminum postulati judicibus damnandi vel absolvendi traderentur, curia Areopagi quæstionem criminum habebat, et reos tum demum judicio tradebat cum prærogativa quæstione et cum præjudicio suo: quod ita faciebant, quasi crimine plano facto per illam rei quæsitæ diligentiam. Id autem quomodo fieret, declarat e quibusdam Dinarchi verbis, quæ ibi vide. || Ἀπόφασις est etiam Index s. Commentarius, (quod vulgo Inventarium vocant,) cum dicitur ἀπόφασις τῶν ὄντων, s. τῆς οὐσίας, ut docet p. 91. 291. ubi et Annotationem bonorum, nec non Recensionem interpr. || Ἀπόφασις et pro Explicatione ac Expositione, quæ et ἐξήγησις appellatur, e Polyb. in VV. LL. Habet vero ἀπόφασις et alias signiff., sed ab ἀπόφημι derivatum, ut suo docendum erit loco. Φάσις, inquit Bud., et παρὰ τὸ φάναι dicta est et παρὰ τὸ φάνειν: et ἀπόφασις similiter. Sed ἀπόφανσις παρὰ τὸ ἀποφαίνεσθαι tantum. SIC Ἔμφασις παρὰ τὸ ἐμφαίνεσθαι, ET Ἐμφατικὸς, quæ formari videntur a prima persona πέφασμαι et ἀποπέφασμαι: ut μίασμα ἀπὸ τοῦ μεμίασμαι, et μολυσμὸς ἀπὸ τοῦ μεμόλυσμαι: quod et μεμόλυμμαι ut μεμίαμμαι dicitur. [" Ἀπόφανσις, T. H. ad Plutum p. 147. Suidas s. v., Thuc. p. 10. Duker., ad Ammon. 58. Ἀπόφασις, ad Charit. 93. (402. 438.) ad Timæi Lex. 50. Toup. Opusc. 1, 579. 2, 302. Valck. Ammon. 57. 59. 105. Adoniaz. p. 328. Diatr. 83. Bibl. Crit. 2, 1. Præf. p. ix. Clark. ad Il. A. 330. Ern. Philo 167. Plut. Mor. 1, 72. ad Diod. S. 1, 299. 422. 487. 502. 560. 696. 2, 27. 100. 104. 361. 378. 605. (leg. μετὰ τ. ἀ.) 617. Brunck. Or. 329. p. 217. Musgr. ibid. Steph. Dial. 29. Kuster. Aristoph. p. 2. Callim. 1. p. 421. Dionys. H. 2, 686. 5, 318. 377. Boiss. Philostr. 544. Dictum, Plut. Mor. 1, 580." Schæf. Mss. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. Prædictio, Plut. Cat. Maj. fin. Responsum, Polyb. 4, 31, 2. 29, 11, 5. 31, 19, 3.]

Ἀποφαντὸς, Enuntiatus, Pronuntiatus: eod. modo quo ἀπόφανσις redditur Enuntiatio et Pronuntiatio. Diog. L. Zenone, Ἀξίωμά ἐστι τὸ ἀποφαντὸν ἢ καταφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, οἷον, ἡμέρα ἐστί. Vide Ἀποφαντικὸς, quod proxime sequitur. Ἀποφαντικὸς, Enuntiativus, Pronuntiativus: ἀποφαντικὸς λόγος dicitur Sermo perfectam sententiam ita continens, ut aut affirmationem aut negationem admittat. Cic. Acad. Nempe fundamentum dialecticæ est, quo quid enuntiatur, (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi Effatum,) aut verum esse aut falsum. Effatum quasi ἀποφαντικὸν dixit. Aphthon. Progymn. περὶ γνώμης loquens, Ἔστι δὲ τῆς γνώμης τὸ ἀποφαντικὸν, ὡς τὸ, [e Demosth. 15.] Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ χρημάτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων, Enuntiativum, Sententiosum potius. Hæc e Bud., cujus posteriorem interpretationem minime probo, eam sc. qua ἀποφαντικὸν reddit Sententiosum; cum enim loquatur Aphthon. περὶ γνώμης, i. e. De sententia, non satis apte dicturus fuisse videtur, unum sententiæ genus esse, quod sit sententiosum. Sed potius ἀποφαντικὸν est Quo pronuntiamus aliquid quod pro confesso haberi volumus. Quod autem ad illum Cic. locum attinet, observandum est pro ἀποφαντικὸν, quo Bud. exp. illud Effatum, posse nos et ἀποφαντὸν dicere, ex illo Diog. L. loco quem in Ἀποφαντὸς protuli, ubi itidem περὶ ἀξιώματος agi videmus. [" T. H. ad Plutum p. 147. Ammon. 105. l. q. ἀποφατικὸς, Valck. Phœn. p. 535." Schæf. Mss. Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 2, 97. Schol. Eur. Hec. 511.] Ἀποφαντικῶς, Enuntiative, Pronuntiative, More eorum qui de re aliqua pronuntiant. At Bud. sicut ἀποφαντικὸς, Sententiosus, in l. quem modo protuli, sic ἀποφαντικῶς, Sententiose interpr. in hoc Hermogenis de Critia Oratore, Ἔστι γὰρ σεμνὸς μὲν παραπλησίως τῷ Ἀντιφῶντι, καὶ διηρμένος πρὸς ὄγκον, καὶ τὰ πολλὰ λέγων ἀ. Sed ut de illius loci, sic et de hujus interpretatione minime illi assentior. [" Valck. Phœn. p. 644." Schæf. Mss. Eust. Od. p. 15, 48. 21, 24. " Ἀποφαντικῶς λέγειν, Cum asseveratione dicere omnia, qui est mos oratorum gravitatem quandam et pondus affectantium. Sic de Antiphonte Hermog. περὶ Ἰδ. 2. p. 372. Διηρμένος πρὸς ὄγκον, καὶ τὰ πολλὰ λέγων ἀποφαντικῶς. Et alio loco dicitur idem ὑπέρογκος τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῷ δι' ἀποφάνσεων λέγειν τὸ πᾶν· ὃ δὴ τοῦ ἀξιωματικοῦ λόγου ἐστὶ, καὶ πρὸς μέγεθος ὁρῶντος: cf. T. H. Aristoph. Πλ. p. 147. cf. Aristid. περὶ Πολ. Λ. p. 642." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Ὑπεραποφαντικὸς, Diog. L. 7, 69. Schol. Ven. Il. Δ. 224.]

[* Ἀναποφαίνω, Lucian. 1, 99. 209. Euseb. H. E. 253. Ælian. N. A. 13, 6. p. 414. " Bast Lettre 89." Schæf. Mss.] Ἀνταποφαίνω, Vicissim ostendo, Contra ostendo, Thuc. [3, 38. 67. " Ἀνταποφαίνομαι, Contrarium enuntio, Clem. Alex. 757. 770." Kall. Mss.] " Ἐξαποφαίνω, Ostendo," [Phot. Bibl. 487. * " Ἐπαποφαίνομαι, Consequenter pronuntio, Method. 323." Kall. Mss. * Καταποφαίνω, Athan. 2, 439. * Προαποφαίνω, Appian. 826, 14. Plato Protag. 147. Προαποφῆναι τὴν σὴν γνώμην. * Προσαποφαίνω, Præterea significo, Plut. 6, 577. * Συναποφαίνω, Appian. B. C. 626, 13. Strabo 2. p. 130., 6. p. 416., 15. p. 1007. 1010. Isocr. Panath. 424, 22. Polyb. 4, 31, 5. Æschin. 252. " Hippocr. Aph. 4, 76. var. lect." Boiss. Mss.]

Διαφαίνω, pro διαδείκνυμι, si quidem Hes. et Suidæ credimus. In qua expositione sonare videtur VERBUM Διαδείκνυμι, q. d. Interostendo: dando sc. hic præpositioni Inter, eum usum quem habet in verbis Interluceo et Intermico, aliisque nonnullis hujusmodi. Bud. διαφαίνω affert e Plut. pro Eluceo metaphorice sumto: dicente de Pompeio (Pomp. 2.) Καὶ τῷ νεαρῷ καὶ ἀνθοῦντι διέφαινεν εὐθὺς ἡ ἀκμή: [Idem Mario 41.] In VV. LL. Καὶ κρεῖττον διαφαίνει τῆς ἐλπίδος. Invenitur alioqui sæpius VOX PASS. Διαφαίνομαι sonans Interluceo, et q. d. Interappareo, pro Inter alia appareo, et conspicuus sum. Il. Θ. (491.) Ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος, ubi vide Eust. Utitur autem alibi hoc verbo pro Transparens esse et translucens, s. perlucidum, Od. I. (379.) de vecte candente, διεφαίνετο δ' αἰνῶς, ubi idem ille Schol. exp. διαφάνειαν εἶχε τὴν ὡς ἐξ * ἀνθρακώσεως. Sic autem et Aristot. Probl. s. 13. διαφαινόμενον appellavit Perlucidum, loquens tamen de re quæ alio modo est perlucida, Διὰ τί τὸ γαληνίζον τῆς θαλάττης λευκὸν φαίνεται; ἢ διότι τὸ μὲν διαφαινόμενον, λευκὸν, τὸ δὲ μὴ διαφαινόμενον, μέλαν; ἧττον δὲ διαφαίνεται τὸ κινούμενον. Vide aliud exemplum sumtum ex Eod., in Διαφανής. Gaza ap. eum διαφαινόμενον vertit alicubi Quod transpici potest. Sic, Δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα, in loco quem e Suida habes in Διαφανής. || Alioqui διεφάνη in soluta oratione sæpe pro Conspicuum fuit, vel Conspicuum factum est, In conspectum venit, Visum est, Extitit, Compertum fuit. Philo de Mundo, loquens de insulis Rhodo et Delo, Χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ἠρέμα (τῆς θαλάττης) κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσαι διεφάνησαν, Temporis intervallo existere sensim cœperunt et conspici, utique mari sensim itidem subsidente, Bud. Opponuntur autem illa verba istis proxime præcedentibus, Αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι, κατὰ τῆς θαλάττης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι, Olim mari submersæ et obrutæ non cernebantur. Thuc. 2, (51.) Σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας: 4, (108.) p. 156. Ἐψευσμένοις μὲν τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως ἐπὶ τοσοῦτον ὅση ὕστερον διεφάνη. In VV. LL. Διαφανεῖσα περιττὴ σύνεσις, pro Prudentia perspicue excellentissima. In Iisd. Διαφαίνεται ἡ ὀσμὴ e Diosc. pro Sentitur odor. [" Herod. 657. (8, 83.) et n., Cattier. Gazoph. 92. Bast Lettre 194. Boiss. Philostr. 520. Med., Heyn. Hom. 5, 501." Schæf. Mss. " De die, Diod. S. 2, 95." Wakef. Mss. Xen. Mem. 3, 10, 5. K. Ἀ. 7, 8, 14. Pind. H. 3, 78. * Διαφάδην, i. q. διαῤῥήδην, J. Poll. 2, 129. * Διαφάνδην, 6, 208.]

Διάφανσις, VEL Διάφασις, q. d. Interlucentia, Transparentia. Redditur et Transpectus e Lucr. Quidam ap. Cic. ad Att. 2, 2. διαφάνσεις s. διαφάσεις interpr. Interlucentias, ad verbum. [" Διάφασις, Clem. Alex. 374." Wakef. Mss. Plut. 7, 642. Ἐν

τοῖς μυστικοῖς τὰς μεγίστας ἐμφάσεις καὶ διαφάσεις λαβεῖν ἐστὶ τῆς περὶ δαιμόνων ἀληθείας.]

Διαφανὴς, Perlucidus, Qui translucet s. transparet, ut ab Aristoph. N. (767.) vocatur *ὕαλος*, Vitrum, *λίθος διαφανής*. Aristot. de Gen. Anim. 5. *Ἔστι δὲ λευκὸν, διὰ τὸ τὸ μέλαν μὴ εἶναι διαφανές· αὐτὸ γὰρ τοῦτ' ἔστι μέλαν, τὸ μὴ διαφαινόμενον*: ubi observa et *διαφαινόμενον* pro eod. Idem, *Ἔστι δ' ἡ τούτου τοῦ μορίου κίνησις, ὅρασις, ᾗ διαφανὲς, ἀλλ' οὐχ ᾗ ὑγρόν.* Dicit autem et *εὐδίοπτον* de re eadem. Idem docet quid sit *διαφανὲς σῶμα*, in l. π. *Αἰσθήσεως*, et alibi. A Synes. *διαφανὲς ὕδωρ* opp. *τῷ τεθολωμένῳ.* Plut. *λαμπρὰ* et *διαφανῆ* conjunxit, loquens de iis quibus sordes detractæ sunt ab igni. Legimus porro et *διαφανῆ χιτώνια* ap. Suid., qui tamen dicit ita vocari *οὐ τὰ λαμπρὰ*, sed *τὰ ἰσχνὰ, δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα τῶν γυναικῶν.* Non dubium certe quin hæ vestes sint illæ ipsæ, quas Varro appellavit Vitreas, et quas Horat. Coas vocavit, Sat. 2, 1. Altera nil obstat Cois tibi; pene videre est Ut nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi. De his et Tibullus ita, Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa Texuit, auratas disposuitque vias. Ubi fortasse sunt Tenues ita dictæ, ut *ἰσχνὰ* in loco Suidæ quem modo protuli. Existimantur autem bombycinæ fuisse hæ vestes: de quibus ita Plin. 11, 23. Telas araneorum modo texunt, ad vestem luxumque feminarum, quæ Bombycina appellantur. Prima eas redordiri rursusque texere invenit in Ceo mulier Pamphyla Latoi filia: non fraudanda gloria excogitatæ rationis, et denudet feminas vestis. Est autem observandus horum verborum consensus, postremorum inquam, cum illis Horatianis, Altera nil obstat Cois tibi; pene videre est Ut nudam. Sed et hoc simul animadvertendum est, sequendo illum Plinii locum, rectius legi Ceis ap. Horat., quam Cois. Pro qua tamen lectione faciunt vicissim hæc verba, quibus proxime sequens caput inchoat, Bombycas et in Co insula nasci tradunt etc., cum alioqui dixisset in principio capitis præcedentis, Quartum inter hæc genus est bombycum in Assyria proveniens: et in hujus itidem fine dicat, Assyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus. Ceterum si illa *χιτώνια διαφανῆ* bombycina erant, merito miretur aliquis quod dicit Suidas, *οὐ τὰ λαμπρὰ*, ac præsertim cum dixerit Propert. (2, 3, 15.) Nec si qua Arabio lucet bombyce puella. Ceterum legitur et *διαφανὴς κεκρύφαλος* ap. Synes. Sonat alioqui *διαφανὴς* et simpliciter Perspicuus. ‖ Interdum pro Illustris, Celebris, Clarus. Bud. e Plat. Timæo, *Τότε οὖν ὑμῶν, ὦ Σόλων, τῆς πόλεως ἡ δύναμις εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους ἐγένετο διαφανής.* Et e Philop. in Proclum, 103. *Οἱ διαφανέστατοι τῶν φιλοσόφων.* [" Notandus usus: *Λίθος ἐκ πυρὸς* (vel *τῷ πυρὶ*) *διαφανής*, Lapis igne candens, Herod. 4, 73. 75. Et nude, *κλίβανος διαφανής*, Furnus candens, 2, 92." Schw. Mss. " Vetus Scriptor ap. Suid. v. *Τηκτά*: *Καὶ τὴν σιδηρῖτιν γῆν, ἣν πυρὶ πολλῷ διαφανῆ ἐργασάμενοι.*" Brunck. Mss. " Cattier. Gazoph. 70. Dionys. H. 2, 701. Abresch. Lectt. Aristæn. p. 8." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Antyllus Oribasii p. 314. *Τὸ διαφανὲς κεκαυμένον.*] ADV. *Διαφανῶς* pro Perspicue, Aperte, Manifeste: ut Thuc. 2, (65.) *Χρημάτων δὲ δ. ἀδωρότατος γενόμενος*, Aperte incorruptissimus. Aut etiam, Plane incorruptissimus. [Xen. K. 'A. 6, 1, 16. " Omnino, Prorsus, Suid. v. *Πρόκλος.*" Boiss. Mss. *Διαφανέστατα*, adv., Dio Cass. 140, 89.] At nomen SUBST. *Διαφάνεια*, Perluciditas, ut *διεφαίνετο* ab Eust. dixi exponi *διαφάνειαν εἶχε.* [" Georg. Lapitha Poëm. Mor. 237." Boiss. Mss. Eust. Od. I. 379. * *Διαφανία*, Od. A. 15.]

" *Διάφανον*, Cæl. Rhodig. e Prisciano et Juliano " affert pro *διαφανὲς* positum; esseque tradit non in " æthere solum, igne, aëre, aqua, vitris, sed et in " terra ipsa, compositisque corporibus omnibus: " item esse Vehiculum *τοῦ φωτὸς*, et id quidem incor- " poreum, neque permixtum corporeis qualitatibus, " quamvis per ea diffusum omnia. Sonat autem " Translucidum s. Pellucidum." [" Schleusn. Lex. V. T.]

[* *Εἰσφαίνω*, Philomnestus Athenæi 3. p. 75. *Καὶ τοὺς ταῦτα πράττοντας καὶ εἰσφαίνοντας ἐκάλουν, ὡς ἔοικε, συκοφάντας*, Coactores qui exigerent et eorum proventum suis rationibus ostenderent. "Ignorant Lexicographi, quos quidem consulere mihi licuit, verbum *εἰσφαίνειν*: quod tamen recte hic esse positum, cum utriusque Codicis consensus, tum ipsa orationis connexio, dubitare nos non sinit. Igitur quemadmodum *ἀναφαίνειν* non modo Ostendere, Demonstrare signif., sed et Facere ut appareat, Facere ut sit, Efficere, Reddere, Præstare aliquem talem; sic vis verbi *ἀναφαίνειν* in hoc inerit, Facere ut intus appareat, Curare ut intus adsit, quod percommode in eum dicetur, Qui curat ut tributa et multæ in ærarium inferantur. *Εἰσφέροντας* corrigendum censuerat Villebr." Schw. Animadv.]

Ἐκφαίνω, In lucem edo s. profero, Patefacio, Evulgo, Effero. Herod. *Ἐκφῆναι ἐς ὑμέας.* Bud. *ἐκφαίνειν* interpr. Edere, Effari et prodere quod occultum est et arcanum, afferens h. l. Greg. Naz., in quo *ἐκφαίνειν* opposuit *τῷ κρύπτειν*, in Orat. π. *Ἁγίου Πνεύματος*, ita scribens, *Ὁρᾷς φωτισμοὺς κατὰ μέρος ἡμῖν ἐλλάμποντας, καὶ τάξιν θεολογίας, ἣν καὶ ἡμᾶς τηρεῖν ἄμεινον, μήτε ἀθρόως ἐκφαίνοντας, μήτε εἰς τέλος κρύπτοντας*, Enarrantes confertim et effantes mysteria. Et e Basil. Ep. ad Andronicum, *Ὁρᾷς ὅπως κύκλῳ περίειμι, ὀκνῶν καὶ ἀναδυόμενος τὴν αἰτίαν ἐκφαίνειν ὑπὲρ ὧν ποιοῦμαι τοὺς λόγους.* Ex Hesiodo (Θ. 689.) affertur in VV. LL. *ἐκ δέ τε πᾶσαν Φαῖνε βίην*, pro Vim totam exerebat; perperam enim ibi scriptum est Exercebat. Et e Plut. *ἐκφαίνειν νίκην* pro Portendere. " *Ἐκφάναι*, Hesychio *φανερῶσαι.*" *Ἐκφαίνομαι*, In lucem edor s. prodeo, Emergo, Appareo, Conspicuus sum. Od. K. 259. *Οἱ δ' ἅμ' ἀϊστώθησαν ἀολλέες, οὐδέ τις αὐτῶν Ἐξεφάνη*, Et nullus eorum apparuit, i. e. Et omnes disparuerunt. Il. N. 278. *Ἔνθ' ὅ, τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη*, ubi Eust. vult præp. *ἐκ* esse epitaticam. Apud Eund. *ἐκφαίνεσθαι* Emicare, Il. T. (17.) *ἐν δέ οἱ ὄσσε Δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων ὡσεὶ σέλας ἐξεφάανθεν*, ut A. (200.) *δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν*, ubi perperam quidam interpr. Visi sunt, Conspecti sunt. I. e. Oculi micuerunt sicut flamma. Utor autem verbo Mico potius quam alio, quod dixerit Ovid., Oculi micant igne, et Virg., Ignis micat oculis. Accipitur porro *ἐκφαίνομαι* et pro Exhibeor, a Xen. ut tradit Bud.: [In hostem exeo, K. Π. 3, 3, 17.] "'*Ἐξεφαάνθην*, et '*Ἐξεφάνην*, " Apparui. Item Editus s. ortus sum, Emersi. Hesiod. *ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη*, Quod e genitalibus " orta sit s. extiterit. Et Epigr. *πλούσιος ἐξεφάνης*, " Factus es dives." [" Markl. Suppl. 335. ad Dionys. H. 3, 1439. Abresch. Lectt. Aristæn. 94. 335. Wolf. ad Hesiod. p. 120. ad Herod. 440. 501. Conf. c. *ἐμφ.*, Fac. ad Paus. 1, 498." Schæf. Mss. " '*Ἐκφ. καρπὸν*, Profero, de arbore, Clem. Alex. 342." Wakef. Mss. Meleager 37. *ὄργια.* * *Ἔκφασμα*, Spectrum, Eur. Or. 407.] *Ἔκφανσις, ἡ*, Patefactio, Evulgatio, Synes. Ep. 143. *Τάχ' ἂν ἰσχυρά σοι γένοιτο μετάνοια τῆς οὐ δεούσης ἐκφάνσεως.* Ab Hes. exp. *ἀπόδειξις.* Bud. a Dionysio Areop. et Synesio usurpari testatur pro Expressione, et Enarratione, ac Significatione, Notione. Eidem Dionysio Areop. ait et i. esse q. *ἐκφαντορία*, de quo mox. [" Hierocles 270." Wakef. Mss.] ITEM *Ἔκφασις* in VV. LL. *φανέρωσις.* *Ἔκφαντος, ὁ, ἡ*, Patefactus, Evulgatus. Ab Hes. autem '*Ἐκφαντὸν* exp. *φανερὸν*, i. e. Apertum, Manifestum; sed accentus male in ultima collocatus esse videtur. Quin etiam *ἔκφαντα* Idem exp. *πολλά*, i. e. Multa. [* '*Ἀνέκφαντος*, Gregorius in Matthæi Lectt. Mosq. 2, 23. 24. 28. 29. " Dionys. Areop. 221. * '*Ἀνεκφάντως*, Eust. Il. Γ. 46." Kall. Mss.] '*Ἐκφαντικὸς*, vide paulo post cum '*Ἐκφαντορικὸς*, post '*Ἐκφάντωρ.* [Jambl. Protr. 324=136. Hermann. Gr. Gr. 361.] " '*Ἐκφαντικῶς*, Enuntiative: aliis Expresse, signifi- " canter." [Plut. 6, 395.] '*Ἐκφάντωρ, ορος, ὁ*, ET '*Ἐκφαντορικὸς*, Qui arcanum aliquid in lucem edit et patefacit, Enuntiator, Enarrator, Interpres: ut *ἀληθείας ἐκφάντωρ* ap. Dionys. Areop., a quo *ὑποφητικὰς τάξεις* vocari tradit Bud Angelorum ordines qui divina interpretandi munere funguntur, et quæ divinitus acceperunt, aut a superioribus ordinibus dein-

ceps hauserunt, infimis ordinibus quasi per manus tradunt: et illos rursus viris sanctis et deo plenis enuntiare et prodere, quos ob id *ἐκφάντορας* et *ἐκφαντορικοὺς* appellari. Paulo post autem docet *ἐκφαντικοὺς* eosd. nominari. Alioqui *ἐκφαντορικὸς* adjective positum sonat potius Enuntiativus, s. Enarrativus, quam Enuntiator s. Enarrator. Sic tamen ut *ἐκφαντορικὴν ὁμοίωσιν* reddere possis ap. Dionys. Enuntiatricem similitudinem, pro quo Bud. Effatricem dicere maluit. SIC *Ἐκφαντορία* redditur ab eo Doctrina rerum reconditarum mysticarumque interpres atque enarratrix. Vide p. 193. 194. [Maximi Schol. p. 5. " Gal. Dogm. Hipp. et Plat. 2, 8." Strong. Mss. " *Ἐκφαντορικὸς*, Jacobs. Anth. 10, 273." Schæf. Mss. Suicer. Thes. Eccl. " *Ἐκφαντορικώτατος*, Athan. 1, 821. * *Ἐκφαντορικῶς*, Dionys. Areop. de D. N. 1, 4. (p. 25. 123. 149.)" Kall. Mss. * *Ἐκφάνδην*, Hesychio *φανερῶς*, Philostr. V. A. 7, 20.] " *Ἐκφάδην*, Hes. " *φανερῶς*, Aperte, Manifesto."

Ἐκφανὴς, Manifestus, Apertus. Suidas autem *ἐκφανεστάτας* exp. *πάνυ λαμπρὰς*, ap. Polyb. (Fr. Gr. 47.) *Τὸ γὰρ μάλιστα λυποῦν ἀεὶ τῶν ἐν χερσὶν ὄντων ἐκφανεστάτας ἔχει τὰς χαράς*: [4, 24, 6. 7, 12, 9. Plato Phædone §. 59. Forst. " Wakef. Eum. 244. Abresch. Æsch. 2, 62. Jacobs. Anth. 8, 204. Philipp. 20. Conf. c. *ἐμφ.*, Heind. ad Plat. Phædr. 264." Schæf. Mss. " Artemid. 118." Wakef. Mss. * *Ἐκφανῶς*, Aperte, Polyb. 5, 1, 3. 27, 17, 1. 28, 2, 3. Manifeste, Perspicue, Plut. 10, 208. 219. " Abresch. Lectt. Aristæn. 140." Schæf. Mss. Themist. 161. *Ἐκφανέστατα*, Dionys. H. 2. p. 411.] *Ἐκφανίζω*, Manifestum reddo, Aperio, Patefacio. Hes. autem *μηνύω* exp. Legitur ETIAM *Διεκφανὴς* in VV. LL. quod redditur Transparens, ut i. sit q. *διαφανής*.

[* *Διεκφαίνω*, Eust. Il. A. p. 65, 46. 75, 36. Od. E. p. 227, 52.] " *Παρεκφαίνομαι*, Leviter eluceo et ap- " pareo, Greg. Naz. *Τῷ κατὰ μικρὸν παραγυμνοῦσθαι* " *καὶ παρεκφαίνεσθαι.*" [*Παρεκφαίνω*, Gl. Elucesco. " * *Παρέκφασις*, Indicatio, Stob. Phys. 129." Wakef. Mss. * " *Συνεκφαίνω*, Declaro, Andr. Cr. 42. Achill. Tat. 1. p. 53." Kall. Mss. Appian. B. C. 634. Schleusn. Lex. V. T. Una indico, Plut. 6, 119.] " *Ὑπεκφαίνομαι*, Subluceo." [" *Ὑπεκφαίνω*, Jacobs. Anth. 10, 101." Schæf. Mss. " Hom. H. in Apoll. 428. (*Καί σφιν ὑπὲκ νεφέων Ἰθάκης ὄρος αἰπὺ πέφαντο.*)" Wakef. Mss. * " *Συνυπεκφαίνω*, Plut. Anton. 83." Boiss. Mss. * " *Συνεκφαντικὸς*, Qui simul declarat, Etym. M. 30, 8." Wakef. Mss.]

Ἐμφαίνω, Repræsento, Præfero, Præ me fero, Speciem præbeo, quasi *προφαίνω*, ut tradit Bud., afferens e Theophr. *Ἅπαντες δέ πως ἐμφαίνουσιν οἱ καρποὶ καὶ τὸν τοῦ φυτοῦ χυλὸν, ὥσπερ ἴσως ἀναγκαῖον, ἐξ ἐκείνου γ' ὄντας.* Reddit vero *ἐμφαίνειν* et Ostendere, in quodam Dionysii Areop. loco, p. 835. suorum Comm. Ab Hes. certe exp. *δεικνύειν* et *ἐνδείκνυσθαι*, item *σημαίνειν*. Tradit præterea, *ἐμφαίνειν τι*, esse *αὐτοῦ φαντασίαν ἐμποιεῖν*: et hujusmodi esse arcum cœlestem, et aream, et parelios: quæ et *ἀντανακλάσεις* sûnt *τῆς ὄψεως*. Item *ἐμφαίνειν* esse Speciem edere, et ostendere, speculari ratione. Affert tamen exemplum, in quo non act. *ἐμφαίνειν*, sed pass. *ἐμφαίνεσθαι* habetur, ex Aristot. Meteor. 1. *Ἔτι δὲ νύκτωρ ἐν ὕδατι καὶ τοῖς τοιούτοις ἐνόπτροις τὸ μὲν γάλα ἐμφαίνεται θεωροῦσιν*, Circulus lacteus noctu in aqua et hujusmodi speculis editur atque repræsentatur. Affert et e Plut. *ἐμφαινόμενα* dictum de iis quæ in speculo apparent, quasi Repræsentata, Simulata. Ceterum quamvis *ἐμφαίνειν* sonet per se *φαντασίαν ἐμποιεῖν*, ut Bud. tradit, invenitur tamen *ἐμφαίνειν* et cum hoc ipso accus., ut Aristot. de Mundo, *Φαντασίαν μήκους ἐμφαίνειν*, ubi vertitur Oblongam formam simulare. In plerisque ll. redditur apte verbo Refero, Diosc. de œnanthino, *Δοκιμώτατον τὸ ἐμφαῖνον ἐν τῇ ὀσμῇ τὴν οἰνάνθην*, Quod refert odore œnanthen. Sed genitivo etiam jungit: ut *Ἐμφαῖνον τοῦ καρδαμώμου* et *Ἐμφαῖνον τῆς σμύρνης.* || Interdum vero *ἐμφαίνειν* est Verbis quasi repræsentare, et ante oculos ponere, Indicare, Innuere. Herodian. 4, (4, 16.) *Τοιαῦτα δή τινα πλαγίως ἐμφαίνων, νοεῖσθαι μᾶλλον ἐβούλετο τὰ πραχθέντα ἢ ἀκούεσθαι.* || Sed impersonaliter etiam positum invenitur ap. Cebetem, pro Videtur, ut *Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν*, Ita esse videtur. Et *Ἐμφαίνει νὴ Δία.* || *Ἐμφαίνομαι*, Repræsentor, Indicor, Appareo, ut *Ἐμφαινόμενα ἤθη ἐπὶ τοῦ προσώπου*, (sicut et *ἐπιφαινόμενα*,) ap. Aristot. *π. Φυσιογν.* Alios autem usus hujus verbi vide in proxime præcedente tmematio. [" *Ἐμφαίνω*, Brunck. ad Hec. p. 309. Fischer. Ind. Palæph. *Ἐμφαίνομαι*, Appareo, Achill. Tat. p. 17." Schæf. Mss. " *Ἐμφαίνω*, Conspicuus sum, Eur. ap. Stob. 503, 7." Wakef. Mss. Athen. p. 27. *Ἐμφαίνει (ὁ οἶνος) ὡς ἐμμεμιγμένου αὐτῷ ἑτέρου.* " *Ἐμφαινόμενα πρόσωπα*, dicuntur Personæ alienæ a causa et quæstione, h. e. Quæ liberæ sunt a causæ periculo, sed tamen juvare possunt causam nostram, etsi ad eos non pertineat: v. Hermog. *περὶ Εὑρέσ.* p. 14. Talis persona v. c. in Orat. Cic. Rosciana fuit Chrysogonus, qui non erat ipse accusator, sed clam accusatores subornarat. Talis in Or. Quintiana, Dolabella prætor, et Junius orator." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * " *Ἐμφάδην*, Jacobs. Anth. 6, 159." Schæf. Mss.]

Ἔμφασις, ἡ, Repræsentatio, Inanis rei exhibitio, Simulacrum, Species edita, Bud. 525. ex Aristot. cui ait *κατ' ἔμφασιν εἶναι* significare, Speciem tantum præbere et substantiæ simulacrum. Vide plura ibid. At vero Suidas *ἔμφασιν* vult esse *προσποίησιν*, vel *ἐννόησιν*, vel *τὸ μέγεθος*: afferens e Polyb. *Ὁ δὲ Φίλιππος ἀνεχώρησε διαταραχθείς· ποιῶν δὲ ἔμφασιν ὡς ἐπί τινα τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πράξεων ἐπεστράφη.* Sed non dubito quin hic *ποιῶν ἔμφασιν* dictum sit pro Simulans: quare illud *προσποίησιν* probo, non item *ἐννόησιν*, (quamvis *ἐμφαντικῶς* exponat itidem *ἐννοητικῶς*,) at tertium illud, *τὸ μέγεθος*, plane ab hoc loco alienum est. Exp. et *ἔνδειξις*, afferens et alium locum, et quidem duobus in ll. et diverse eum scribens, ut ibi videre est. Affertur porro et e Ceb. Thebano *ἔμφασιν ἐποίει*, sequente itidem particula *ὡς*, ubi scribit, *Ἔμφασιν ἐποίει ὡς προστάττων τι*, quod redditur, E factis signis quidpiam videbatur imperare. Ego vero malim, Præ se ferebat se velle imperare s. jubere. Hoc autem sensu dicitur etiam Signif. aliquam dare alicujus rei. || Sed Rhetoribus *ἔμφασις* est Schema, cum sc. subest verbis tacita etiam quædam significatio, vel plusquam dixeris significatio, ut Fabius loquitur. Ita enim ille 9, 2. circa principium, Quid vero agit omnino eloquentia detractis amplificandi minuendique rationibus? quarum prior desiderat illam plusquam dixeris signif., i. e. *ἔμφασιν*: et superlationem veritatis, et trajectionem. Idem in eod. cap., Est *ἔμφασις* etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, ut ap. Virg. Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ? Quanquam enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit ejus affectus, ut sine thalamis vitam non hominum putet, sed ferarum. Aliud ap. Ovid. genus, apud quem et Myrrha nutrici amorem patris sic confitetur, O, dixit, felicem conjuge matrem. Huic vel confinis, vel eadem est, qua nunc utimur plurimum. Jam enim ad id genus, quod et frequentissimum est, et expectari maxime credo, veniendum est: in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus: non utique contrarium, ut in ironia, sed aliud latens, et auditori quasi inveniendum. Quod, ut supra ostendi, jam fere solum, schema a nostris vocatur, et unde controversiæ figuratæ dicuntur. Ejus triplex usus est. Unus, etc. Idem 8, 3. cum *περὶ βραχυλογίας* locutus esset, Vicina prædictæ, sed amplior virtus est *ἔμφασις*, altiorem præbens intellectum quam quem verba per se ipsa declarant. Ejus duæ sunt species: altera, quæ plus significat quam dicit; altera, quæ etiam id quod non dicit. Prior est et ap. Hom., etc. Idem ejusd. l. c. 2. videtur pro hac voce *ἔμφασις* dixisse, Verba quæ plus significant quam eloquuntur. Postquam enim dixit, Possunt videri verba, quæ plus significant quam eloquuntur, in parte ponenda perspicuitatis; intellectum enim adjuvant: subjungit, Ego autem libentius *ἔμφασιν* retulerim ad ornatum orationis, quia non ut intelligatur efficit, sed ut plus intelligatur.

Alterius autem generis COMP. 'Ανωφερὴς et Κατωφερὴς. Est autem ἀνωφερὴς, Qui sursum fertur, Superna petens, Sublimipeta, Sublimia petens. Bud. 413. ex Arist. At Damasc. usus est comparativo etiam gradu, Κουφότερον καὶ ἀνωφερέστερον στοιχεῖον τὸ πῦρ. In VV. LL. ἀνωφερὴς exp. etiam Acclivis. [" Athen. 32." Wakef. Mss. " Wessel. ad Diod. S. 1, 10. * 'Ανωφερῶς, ad Charit. 226." Schæf. Mss.] 'Ανωφέρεια, Acclivitas, VV. LL. ex Alex. Aphr. At sequendo alteram illam signif. datam adjectivo ἀνωφερὴς, fuerit ἀνωφέρεια Vis illa s. Natura petendi superna, aut certe Actio ipsa petendi superna. [" Ad Charit. l. c." Schæf. Mss. * " Προσανωφερὴς, Hasius ad Leon. Diac. 266." Boiss. Mss.] Alterum autem COMP. Κατωφερὴς, contr. signif. habet, Qui deorsum fertur, deorsum propendet. In VV. LL. Ad ima tendens, Pronus, Declivis, ut κατωφερὴς ῥοπὴ ap. Alex. Aphr. Item περὶ ἀκολάστου, ut dicetur in Καταφερὴς, post verbum Καταφέρω. [" Suid. v. Μαχλοσύνη: cf. Boiss. ad Hesiod. Fr. VI." Boiss. Mss. " Ad Herod. 133. ad Diod. S. 1, 98. ad Charit. l. c. Heyn. ad Apollod. 1141. Hom. 4, 271. 7, 208. Toup. Opusc. 1, 371. Phryn. Ecl. 192(=439.) Thom. M. 519. et Add., 617. Jacobs. Anth. 7, 119." Schæf. Mss. Artemid. 2, 12. γυναῖκες. " Etym. M. 709, 7." Wakef. Mss.] Est porro ab illo κατωφερὴς et ADV. Κατωφερῶς, quod affertur pro Deorsum, et In præceps, e Schol. Aristoph. Εἰρ. Κατωφέρεια, q. d. Pronitas qua aliquid deorsum fertur, ad ima tendit, &c. [" Thom. M. 520." Schæf. Mss.] Sciendum est vero, dici ETIAM 'Ανώφορος ET Κατώφορος: πῦρ, Dionys. Areop. Ignis superna petens, Qui sursum fertur s. tendit. [" 'Εν ἀνωφόρῳ, Capite deorsum, Mich. Apost. Prov. 12, 60." Schleusner. Mss. * 'Ανωφορέω, Eust. Il. A. p. 31, 31. 32, 27. " Ad Charit. 226." Schæf. Mss.] Et Κατώφορος, ap. Alex. Aphr. Τὸ γὰρ βαρὺ κατώφορον. Ceterum illis duobus 'Ανωφερὴς et Κατωφερὴς terminatione simile EST Εὐθυφερὴς, quod e Plat. affertur pro In rectum tendens, Rectus: [de LL. 7. p. 375. * Δυσφερὴς, Hes. ἀφόρητος. * " 'Ισοφερὴς, * 'Ισοφέριστος, Greg. Naz. 2, 161." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * " Πολυφερὴς, Schol. Arat. Ph. 39." Boiss. Mss.]

Sunt et alia multa compp. in φορος desinentia, de quorum nonnullis alibi dictum est, de quibusdam vero hic dicere statui, cetera indici reservans. Incipiam autem a Δύσφορος et Εὔφορος inter se oppositis. Nam ADJ.

Δύσφορος, ὁ, ἡ, sonat Portatu difficilis, Qui non facile portari potest s. ferri, Toleratu difficilis. Unde exp. etiam Molestus, Gravis. Suid. δύσφορα exp. χαλεπὰ et δυσύποιστα. Apud Plut. certe videtur δύσφορος opponi τῷ εὐκόλῳ, vel potius δυσφορώτατος τῷ εὐκολωτάτῳ, de Herod. 'Αλλὰ κακοηθείας ἄκρας ἔργον, εὐκολίαν μιμούμενον καὶ ἁπλότητα, δυσφορώτατον εἶναι. Sed ap. Soph. Aj. (51.) δυσφόρους γνώμας quidam interpretatur τὰς κακῶς φερομένας, τὰς παραφόρους. Habetur autem ET Δυσφορὴς in VV. LL., sed absque

A exemplo. [Δύσφορος, Gravis pondere, Xen. 'Απ. 3, 10, 13. 'Ιππ. 1, 12. 12, 12. " Toup. Opusc. 1, 97. Brunck. ad Soph. Œd. T. 87. ad Charit. 754. Wakef. Eum. 377." Schæf. Mss.] " Δίσφορος, Molestus, VV. " LL. perperam pro δύσφ." Δυσφόρως, quod itidem sonat, q. d. Cum difficultate portandi, Ita ut vix portari possit. Redditur vero et Moleste, Ægre, Iniquo animo, præsertim cum jungitur illi ipsi verbo φέρειν, e quo factum est, diciturque δυσφόρως φέρειν, vel δυσφόρως ἐνεγκεῖν, ut ap. Herodian. 4, (13, 14.) Ὅ,τε στρατὸς πᾶς χαλεπῶς καὶ δ. ἤνεγκε τὸ πραχθὲν, i. e. Gravis ea res et molesta militibus incidit, Polit. Idem Herodian. 6, (6, 1.) Αὐτός τε δ. ἤνεγκε, καὶ ὁ λοιπὸς στρατὸς ἠγανάκτησε κ. τ. λ.: (5, 5, 2.) Δ. μὲν πάντες ἤκουσαν. [Soph. Œd. T. 770. 783.] Item SUBST. Δυσφορία, Portandi s. Tolerandi difficultas. Vide paulo post Εὐφορία. [* Δυσφορικὸς, Animi molestiam indicans, Schol. Soph. Aj. 432. Schol. Aristoph. 'Α. 1082.] Et VERB. Δυσφορέω, Difficulter porto s. tolero. Et metaphorice, ut Latine Ægre

B fero, Gravate fero, Indignor. Herodian. 5, (8, 1.) Οἵ τε πάντες ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται, ἤχθοντο καὶ ἐδυσφόρουν: 3, (9, 12.) Δυσφοροῦντα ἐπὶ τῷ μὴ ὡς ἐβούλετο τὰ τῆς πολιορκίας αὐτῷ προκεχωρηκέναι. Gal., ut scribit Bud., δυσφοροῦντας vocat Ægrotos implacidos et inquietos, implacide affectos, veluti cum dicit, Ὥστε δυσφορεῖν καὶ ἀλύειν. Quibus opp. τοὺς εὐκόλως ἔχοντας. Ceterum in usu est et vox PASS. Δυσφοροῦμαι: et quidem cum ap. alios, tum ap. Xen., ut K. Π. 2, (2, 1.) Ὁ δ' ἔτι αὐτῷ λοιπὸν ἦν τοῦ ἐμβάπτεσθαι, τοῦτό πως ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι καὶ ὀργίζεσθαι τῇ τύχῃ, δυσφορούμενος ἀνέτριψε, quem l. Bud. profert p. 353. postquam illa de usu activæ vocis attulit, interpretationem non addens. At p. 795. δυσφορούμενος ἀνέτριψε, vertit, Præ impatientia contrivit. Subjungit ex eod. Xen. (ibid. 2.) Ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ὁ λοχαγὸς ἀνεχώριζεν, ἐδυσφοροῦντο, καὶ ἔλεγον. Sed alia exempl. ibi habent ἐδυσφόρουν τε, non ἐδυσφοροῦντο. Invenitur hoc verbum et ap. Isocr. construentem cum dat. Hel. Enc. Τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ

C δυσφορούμενος. Observa igitur duplicem constr., sc. vel cum dat. solo, vel cum dat. præfixam habente præp., ut in l. quem modo ex Herodiano protuli. [" Ad Mœr. 327. Toup. Opusc. 1, 547. ad Paus. 168. Zeun. ad Xen. K. Π. 177. Diod. S. 1, 256. 305. Musgr. Andr. 1235. Jacobs. Anim. 297. Huschk. Anal. 240." Schæf. Mss. * Ὑποδύσφορος, Hippocr. 70. 124.] " Ὑποδυσφορέω, Subirascor, Subindignor, " Plato Ep. 9. Λέγοντες ὑποδυσφορεῖν σε." Venio ad alterum ei CONTR. Εὔφορος: signif. enim Portatu s. Toleratu facilis. Sed active etiam, Qui facile portare potest, Qui portare potest s. ferre, Qui ferendo est: ut æger, qui ferendæ est ægritudini vel ægrotationi, ut scribit Bud. partim in Lex., partim in Comm., sed in exemplo quod affert, habetur adv. εὐφόρως, non nomen εὔφορος: perperam enim in Comm. legitur εὔφορος εἶχε pro εὐφόρως εἶχε. Interdum εὔφορος, Agilis, Expeditus: unde ap. Polyb. [imo Xen. Σ. 2, 16.] Εὐφορώτερον σῶμα ἕξειν μέλλοντες, Corpus agilius et expeditius. At VV. LL. εὔφο-

D ρον σῶμα, Corpus bene habitum. Εὔφορος exp. etiam Ferax, Fertilis. Qua in signif. adjunctum alicubi habet casum, sc. gen., ut Ferax et Fertilis interdum. Herodian. 1, (6, 3.) Μήτε ὀπώρας εὔφορον. Sic et alibi cum aliis genn. " Εὔφρος, ap. Suid. in vulg. Ed. " legitur expositum εὔθυμος: at vet. Cod. pro eo " habet εὔφορος. In VV. LL. habetur et Εὔφρος, ὁ, " Lætus; sed sine ulla auctoritate et exemplo." [Longin. 44, 1. Εὔφ. πρός τι, Natura aptus. " D. R. ad Longin. p. 247. Toup. 284. Schneid. ad Aristot. H. A. 491. Thom. M. 360. 803. 900. ad Charit. 661. Phocyl. 4. ad Diod. S. 1, 685. Jacobs. Anth. 11, 402. ad Lucian. 2, 337. Ferax, Musgr. ad Eur. Hec. 8. Toup. Opusc. 2, 58." Schæf. Mss. Εὔφορον πνεῦμα, Ventus ferens, secundus, Xen. 'Ελλ. (6, 2, 15.) p. 459. Portatu facilis, Arrian. Exp. Alex. 6, (29, 14.) p. 145. Vulc. Αὐτὴν δὲ τὴν πύελον ἐπειρῶντο εὔογκον σφίσι ποιήσασθαι, καὶ ταύτῃ εὔφορον, Dionys. H. Rhet. p. 36. Πόλις εὔφορος πρὸς ἀνδρῶν ἀρετήν: cf. Schæf. Melet. Cr. 42. Vide Gramm. Spec.

Suppl. Lexx. e Xen. 138. Conf. c. ἔφορος, Schæf. Apoll. Rh. T. 2. p. 479. * " Εὐφορὴς, var. lect. Greg. Naz. Carm. p. 15." Kall. Mss. * Πανεύφορος, Schol. Porphyrii ad Hom. 244. Valck.]

Εὐφόρως, q. d. Cum facilitate portandi s. tolerandi, Ita ut facile portetur s. toleretur. Alex. Aphr. Probl. 2. Τὰ βάρη εὐφορώτερον ἐν τοῖς ἀριστεροῖς φέρομεν, q. d. Onera portamus cum faciliori portatione. Sed hic possumus εὐφορώτερον reddere simpliciter Facilius. Sic ap. Hippocr. εὐφόρως exp. εὐβαστάκτως. Jungit autem is verbo φέρειν, cum scribit Aphor. 2, l. 1. Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, ubi exp. Leviter ferunt, Facile tolerant. Item εὐφόρως ἔχειν ap. Gal. Qui est ferendæ ægritudini vel ægrotationi, Bud., afferens ex 1 ad Gl. Ἔμενε δὲ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς τότε τοῦ πυρετοῦ σημεῖον, ἀλλὰ τὰ ἄλλα γε καὶ πάνυ εὐφόρως εἶχε κατὰ τὴν ἑσπέραν, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτός. Hic enim scr. esse εὐφόρως, non εὔφορος, admonui et paulo ante. [" Brunck. Phil. 872. Erfurdt. ad Soph. Aj. p. 158." Schæf. Mss. Philostr. 536. Εὐφόρως τῆς γλώττης εἶχε καὶ σφοδρῶς καὶ ἑτοίμως. Εὐφορώτατα, Hippocr. Aphor. 13. p. 1243.] Εὐφορία, q. d. Portandi facilitas. Apud Gal. de eo qui placide fert morbum, et ita ut se non afflictet, q. d. Facilitas ferendi morbi, (cui opp. δυσφορία, quæ dicitur de eo qui morbum fert implacide,) Καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος εὐφορία, μέγιστόν τι καὶ αὐτὴ σημεῖον οὖσα, καθάπερ τις σφραγὶς, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐνδείξεταί σοι τὴν ἐπιείκειαν τοῦ πυρετοῦ. Et rursus, Καὶ εἰ μετὰ τὸ λουτρὸν ἐν εὐφορίᾳ μένοι ἐφεξῆς, θαῤῥῶν ἤδη τρέφοις ἂν αὐτοὺς, Si hilariter ferre morbum, nec afflictari videbuntur, Bud., qui legisse videtur μένοιεν. Addit autem, huic verbo linguam vernaculam alludere. Quod dicens, respicit, ut opinor, ad eum usum verbi Porter, quem habet cum dicimus Je me porte bien, vel Je me porte mal. Aut potius ad eum quem habet cum dicimus Porter bien son mal. Sed Ovid. quoque metaphorice usurpavit Male ferre, et Ferre bene. Ut autem εὔφορος inter alia Feracem quoque signif. et Fertilem, sic εὐφορία dicitur interdum et Feracitas, Fertilitas. Philo V. M. 3. Καὶ ὑπ' εὐφορίας καρπῶν ἔβριθεν. De addito autem hic gen. dicam paulo post in Ἀφορία. Apud Eund. metaph. l. 1. Ἀφ' ὧν εἰς πολυπαιδίαν ἐπιδιδόντων καὶ τῶν ἀπογόνων εὐφορίᾳ τινὶ χρωμένων, Nepotum et posterorum postea prole feliciter propagata, Turn. [" Wakef. Eum. 943. Bernard. Rel. 105. Feracitas, Bergler. ad Alciphr. 98." Schæf. Mss.] Hunc autem nominis εὐφορία usum sequitur VERB. Εὐφορέω, ap. Lucam 12, (16.) Εὐφόρησεν ἡ χώρα, Ferax fuit regio, Fructuum ubertatem habuit, Uberes fructus attulit. Sed ap. Lucian. (Lexiph. 15.) Εὐφοροῦσα ὁλκὰς exp. Leniter vehens; a Mic. autem Prospere labens. [Valck. Schol. in Luc. l. c. " Cattier. Gazoph. 17. ad Lucian. 1, 453. 2, 337." Schæf. Mss.] Ab hoc autem verbo, s. potius ab ejus passiva voce, [s. potius a φορητὸς,] est VERBALE Εὐφόρητος, Portatu s. Portari facilis, loquendo Poëtice. Item Toleratu facilis, Tolerabilis. Ceterum his nominibus εὔφορος et εὐφορία usum istum habentibus opponuntur ISTA, Ἄφορος ET Ἀφορία: quæ ideo in h. l. reservanda censui. Est enim Ἄφορος, Minime ferax, Infertilis, Infœcundus, Sterilis: Ἀφορία, Infœcunditas, Sterilitas. Plut. (8, 283.) Τὴν μεγάλην ἀφορίαν καὶ τὴν ἐπίβασιν τῆς λίμνης. Philo, Τοῖς δ' ἐξ εὐετηρίας ἀφορίαν, καὶ ἔμπαλιν λιμοῦ φορὰν (προειπών.) Interdum vero additur gen. καρπῶν, cum quo affertur e Plut. Lyc. Qui certe gen. facit ut itidem in loco illo Philonis, quem protuli in Εὐφορία, videatur posse jungi et cum εὐφορίας, cum alioqui potius videretur cum verbo ἔβριθεν jungendus esse. Metaphorice quoque de mulierum infœcunditate, sicut εὐφορία de earum fœcunditate, sed ap. Plat. et cum gen. παίδων. [" Ἄφορος, ad Charit. 325. ad Diod. S. 1, 218. 2, 145. Abresch. Æsch. 2, 109. Jacobs. Anth. 9, 315. Οὐκ ἄ., i. q. ἐπίφορος, D. R. ad Longin. 247. Toup. 284. (cf. Schæf. Melet. Cr. 43.)" Schæf. Mss. Intolerabilis, Hippocr. de Prisca Med. p. 2. * " Ἀφορέω, Cattier. Gazoph. 17. ad Timæi Lex. 68. Ἀφορία, Thom. M. 386. T. H. ad Plutum p. 388." Schæf. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 210. * " Ἀφορεὺς, Toup. Emendd. 2, 509. Jacobs. Anth. 6, 249." Schæf. Mss.] His subjungo COMP. Ἰσοφόρος, quod sonat Æquale ferens, s. Æqualem partem. Sed ap. Hom. boves Ἰσοφόροι exp. non solum ἴσον ἄχθος φέρειν δυνάμενοι, sed et aliis modis, ut videbis ap. Eust., in hunc versum Od. Σ. (372.) de bobus, Ἥλικες, ἰσοφόροι, τῶν τε σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν. Videntur certe hi boves posse vocari æquales, sicut vicissim Inæquales ab Ovidio vocantur qui ejusmodi non sunt. Nisi quis tamen ad solam magnitudinem referre malit. Eadem vero opera agam et de VERBO Ἰσοφαρίζω, perinde sc. ac si ἰσοφαρίζω dicatur pro ἰσοφερίζω, s. tanquam ἰσοφερίζω, (sicut nimirum dicitur ἀντιφερίζω, et quidem eadem signif.) præsertim cum Hes. exp. ἐξ ἴσου τινὶ φέρεσθαι, sicut et ἰσοῦσθαι. Non ignoro alioqui afferri et aliud etymum, quo sc. putatur dici ἰσοφαρίζειν, παρὰ τὸ ἴσα φάρη περιβεβλῆσθαι, Paribus indumentis amictum esse. Utut sit, ἰσοφαρίζω constat significare Æquiparo, Æquo, Adæquo, Par sum. Dicitur autem ἰσοφαρίζω σοι, vel ἰσοφαρίζω σοι τοῦτο. Hesiod. Ἔργ. (2, 108.) Οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζει. Adjecto autem accus. Il. Z. (101.) οὐδέ τις οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν. Sic (I. 390.) ἔργα Ἀθηναίῃ ἰσοφαρίζειν. [" Ammon. 108. Heyn. Hom. 5, 201. Heroic. adesp. 1. Simonid. 50. et Jacobs." Schæf. Mss. Nicander Θ. 572.] " Αὐ" τοφαρίζειν, Hes. idem esse dicit quod αὐτοματεῖν."

" Ἀειφόρος, ὁ, ἡ, Semper ferens; peculiariter, Sem" per ferens fructus. Hes. e Soph. Telepho affert pro " ἀειθαλὴς, Semper virens et germinans." [* Αὐτόφορος et Αὐτόροφος conf., Nonn. D. 14, 67.] " Δίφορος, " Biferus, Bis anno fructum ferens: συκῆς, Aristot., " Biferæ ficus. Et Ephorus Cumanus Δίφορος dictus " fuit, quoniam Isocrati præceptori suo δὶς ἐτέλεσε τοὺς " τῆς παιδεύσεως μισθούς. Hes. At Levit. 19, (19.) ubi " quædam Edd. habent, Τὸν ἀμπελῶνά σου οὐ κατα" σπερεῖς δίφορον, Complut. exemplar habet διάφορον: " rectius; nam et Hebraici textus versio habet, A" grum tuum non conseres diverso semine." [Athen. 77. Aristoph. Ἐκκλ. 703.] " Διφορέω, Biferus sum, Bis " fructum fero, δικαρπέω. Theophr. C. Pl. 2, (9, 13.) " Καὶ διφοροῦσιν· ἔνιοι δὲ καὶ τριφοροῦσιν αὐτῶν διὰ " πλῆθος τροφῆς. Et alibi (1, 14, 1.) διφοροῦντα δέν" δρα dicit, Arbores biferæ: pro quo et διφέροντα " ap. eum legitur, teste Bud. Affertur certe ex eo " h. l. Τὸ δ' ἐπὶ τῶν διφερόντων δένδρων, ὁμοιόν τινα " τρόπον ἐστὶ τῷ ἐπὶ τῶν προβάτων γενομένῳ. Sed " suspecta est hæc scriptura, et reponendum videtur " potius διφορούντων. At διφορεῖσθαι dicitur λέξις " aliqua ap. Grammaticos pro Duobus modis efferri " s. scribi; ut πάρδαλις dicitur διφορεῖσθαι, quoniam " et πόρδαλις dicitur. Itidemque εἰμὶ διφορεῖται, quo" niam dicitur etiam εἶμι. Et διφορεῖται δίνη, quoniam " dicitur et δείνη, qua de re vide et T. 1. c. 1927. " Apud Alex. Aphr. vero in Top. est etiam διφορού" μενος συλλογισμὸς, teste Bud." [" Brunck. Phil. 417. Soph. 3, 508. Casaub. ad Athen. 115. Ruhnk. Ep. Cr. 108. ad Phalar. 321. Phryn. Ecl. 71. Huschk. Anal. 224. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 285. 321. 323. 325. T. H. ad Plutum p. 97. ad Diod. S. 2, 100. Heyn. Hom. 6, 484." Schæf. Mss. " Eudocia p. 284. Διφορεῖται γὰρ ἡ ἱστορία, Diversimode enim res ab historiis narratur." Schleusn. Mss. Διφορεῖσθαι et διαφορεῖσθαι conf., ad Greg. Cor. 741. * Διφόρησις, Eust. Il. p. 55, 39. 392, 4. Od. p. 46, 26. 55, 10.] " Ἑξάφορον, dicitur Lectica quæ a sex " servis gestatur, Martial. (2, 81, 1.) Laxior hexa" phoris tua sit lectica licebit." [* Ἑτεροφόρος, unde * Ἑτεροφορέω, Timæus Lex. Plat. v. Ταλαντοῦσθαι.] " Ζάφορος, Hes. πολύφορος: afferenti et ζαφορῆσαι " pro μεγάλως φορτίσαι." [* Ὁμοιοφόρος, Theophr. H. Pl. 4, 13, 5. φύσις ἀμπέλων.] " Πάμφορος, Omnia " ferens, Omnium ferax, in qua signif. Omniferos " terræ vultus dixit Ovid. pro Omnis generis fructus " ferentes, παντοῖα φέροντας, Suid.: Xen. Ἑλλ. 3, " (2, 8.) Χώραν παμφορωτάτην καὶ ἀρίστην οὖσαν. " Idem (Ἀπομν. 2, 4, 7.) τὸν φίλον vocat παμφορώ" τατον κτῆμα. In Epigr. vero legitur, ἐν ἁμάξῃ " παμφόρῳ." [" Thom. M. 900. ad Charit. 643. Longus p. 96. Vill." Schæf. Mss. " Παμφορώτατοι,

ap. Mich. Apost. Prov. 15, 16. dicuntur Serpentes voracissimi et nimium cibi ferentes: (num leg. *παμβορώτατοι*?)" Schleusn. Mss. * *Παντοφόρος*, Aristot. Probl. 7, 5, 1. *χώρα*. * *Τρισκαιδεκαφόρος*, Uno anno tredecies fructus ferens, Lucian. 2, 112.]

Antequam vero ad *φορὸς* adj. et ad subst. *φόρος* et *φορὰ* veniam, dicam et de simplicibus nom. adj., i. e. non compositis, quæ *ε* verbi *φέρω* servant, sicut de compp. illud servantibus dixi, (a quibus ad cetera, quæ ipsum in *ο* mutant, transeundum fuit.) Ea igitur sunt, aut certe ex iis sunt, [NOM. * *Φέρμα, τὸ*, Gestamen, Fœtus, Æsch. Ag. 117. *Βοσκόμενοι λαγίναν, * ἐρικύματα φέρματα, γένναν.* " Valck. Phœn. p. 702." Schæf. Mss.] COMP. *Φέρτερος*, item Superl. *Φέρτατος*. Est autem *Φέρτερος*, q. d. Qui plus fert s. portat, ferre potest s. portare. E quo intelligitur Robustior, Validior. Sed accipitur et pro Potentior, Præstantior, Excellentior, Melior, Utilior. Il. B. (201.) *καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουε, Οἵ σέο φέρτεροί εἰσι*, Qui te præstantiores sunt: A. (169.) *ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστιν Οἴκαδ' ἴμεν σὺν νηυσὶ κορωνίσιν*, Multo satius est, Multo utilius. Ibi certe Hom. vocat *φέρτερον πρᾶγμα*, inquit Eust., *τὸ παρ' ἡμῖν προφερέστερον, καὶ κρεῖττον καὶ διαφέρον, ἢ ὑπερφέρον τῶν ἄλλων*: itidemque *φέρτατον, ὑπερφερέστατον*. In illo autem altero l. scribit illud *φέρτερος* requirere præp. quæ deest, sc. vel *πρὸ*, vel *ὑπέρ*: significare enim *προφερέστερον*, vel *ὑπερφερέστερον*. In quo certe non consentit cum iis, qui *φέρτερος* proprie sonare putant id quod dixi; et quidem addentes esse *ἀπὸ τῶν ἀχθοφόρων* sumtum. Habemus certe a verbo factum itidem Gr. comp. *βέλτερον*. Verum sive Eust. sive illis de hoc *φέρτερος* assentiendum sit, quæ sit ejus signif., minime est obscurum. Nonnus porro *φέρτερον* usurpavit etiam fem. genere, (Jo. 16.) *Καί μιν ἄναξ θάρσυνεν, ἐς ἐλπίδα φέρτερον ἕλκων*, In spem meliorem trahens. [" Ad Charit. 728. Heyn. Hom. 6, 106. Mitsch. H. in Cer. 156. *Φερτερὸς, Φέρτερος*, Heyn. Hom. 4, 64." Schæf. Mss.] Itidem vero SUPERL. *Φέρτατος*, Robustissimus, Validissimus, Præstantissimus, Optimus, Utilissimus. Il. A. (581.) *ὁ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν*, Longe potentissimus est. [" Conf. c. *φέρτερος*, Heyn. Hom. 4, 155. 396. 5, 440. 453." Schæf. Mss. Opp. K. 1, 398.] Sciendum est porro, in VV. LL. haberi ETIAM *Φερέστερος* pro Potentior, Melior, a quo superl. esset *Φερέστατος*: sed nullum illius *φερέστερος* exemplum affertur: at de *προφερέστερος* dicendum erit in v. *Προφέρω*. Quod autem ad superl. gradum attinet, invenitur quidem ISTE, *Φέριστος*, sed qui e *φερέστατος* minime factus esse videatur. Signif. alioqui Præstantissimus, sicut *φέρτατος*, estque eo usus inter alios Soph. (Œd. T. 1149.) Sed quidam annot. *φέριστος* significans Præstantissimus, Excellentissimus, Optimus, esse a v. *φέρειν* habente illam signif. qua ponitur pro Referre, adeo ut sit *φέριστος* proprie Cujus maxime refert. Quod de *φέριστος* si dici posset, de *φέρτατος* quoque dicendum esset: quin etiam eadem et in comp. *φέρτερος* ratio esset. [" *Φέριστος*, ad Charit. 729. *Εἴ τι φέριστον*, Brunck. ad Apoll. Rh. 3, 229." Schæf. Mss.] " *Ἀφέριστα*, Hes. *ἄχρηστα*, Inutilia. Varino " autem teste *ἀφέριστος τόπος* est *ὁ ἀκαλλώπιστος*." AT VERO *Φερτὸς* ex Eur. (Hec. 159.) affertur pro *τλητὸς*, Tolerabilis. Quod nomen mihi in memoriam reducit IMPER. *Φέρτε*, positum tamen per sync. pro *φέρετε*, Afferte, Il. I. (171.) *Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ*. " *Ἀφέρτερος*, et *Ἀφέρτατος*, irregulariter formata " sunt EX *Ἄφερτος* significante *ἀφόρητος*, Non feren- " dus, Intolerabilis, *ἀνύποιστος*, ut *ἀφέρτατος πόνος* " ap. Greg. Naz. in Tragœd. Labor minime tolera- " bilis, Intolerabilissimus. Hes. vero *ἀφέρτερος* affert " non solum pro *ἀφόρητος*, sed *ἀφέρτεροι* etiam pro " *ἥσσονες*: innuens active etiam accipi pro Inferio- " res et oneri ferendo impares. Adhæc *ἀφερτέρους* " affert pro * *πολυφερτέρους, ταχυτέρους*: in quo *α* " epitaticum est, non privativum, ut in præcedenti- " bus." [*Ἄφερτος*, Æsch. Ag. 394. 403. 573. 1112. Eum. 145. Conf. c. * *ἄφερκτος*, Choëph. 467=440. Bl. " Wakef. Eum. 482. Abresch. Æsch. 2, 16." Schæf. Mss. * *Φερτάζω*, i. q. *φέρω*, Hes.] Neutrum autem NOM. *Φέρτρον*, Lat. Pheretrum, atque adeo ipsis Græcis ETIAM *Φέρετρον*: alio nomine Latino Capulum. Eust. tamen non dicit e *φέρετρον* passum esse syncopen, sed e *φερτήριον* illam passum esse videri: *Καὶ εἴη ἂν φέρτρον ὁ νεκροφόρος σκίμπους*. Quibus subjungit, *Ἔοικε δὲ φερτήριον * τετρασυλλάβως εἶναι τὸ ἐντελὲς, ἐξ οὗ συγκέκοπται τὸ φέρτρον, ὁμοίως τῷ θρεπτήριον, θρέπτρον*. Ab Eod. alibi exp. *νεκροφόρος κλίνη*, item *νεκροφόρον κλινίδιον*. Sed ILLUD *Φερτήριον* e nullius Scriptoris loco affertur quod sciam. Usus est Hom. Il. Σ. (236.) *ἐπεὶ εἴσιδε πιστὸν ἑταῖρον Κείμενον ἐν φέρτρῳ*. Vide ap. Suid. in *Φέρτρον* locum Polybii in quo alius esse videtur hujus usus, nisi pro *φέρτρῳ* ibi leg. est *φερέτρῳ*. [Heyn. Hom. 7, 464. " *Φέρετρον*, ad Diod. S. 2, 278." Schæf. Mss. " Jugum, Ælian. H. A. 383." Wakef. Mss.] Est autem ab hoc nomine *φέρετρον* factum VERB. *Φερετρεύω*, quod sumta metaphora a pompa funebri, ponitur et generalius pro Traduco et transveho in pompa. Sic pass. *φερετρεύομαι*, In pompa traducor et transvehor: unde *Φερετρευομένου τροπαίου*. Bud. e Plut. Coriol. [imo in Marcello 8. * *Φερέτριος*, Feretrius, Epith. Jovis, Liv. 1, 10. Dionys. H. 2, 34.]

" *Φαρέτρα*, Pharetra," [a *φάρω*, Dorice pro *φέρω*, vide *Ἀντιφαρές*:] " Ionice *φαρέτρη*, ut *κοίλην φαρέ-* " *τρην* Hesiod. dixit, (*Ἀσπ.* 134.) *κοίλην δὲ περὶ στή-* " *θεσσι φαρέτρην Καββάλετ' ἐξόπιθεν*." [" Ad Charit. 646. Musgr. Iph. T. 141. Jacobs. Anth. 10, 166. Fischer. ad Anacr. p. 15." Schæf. Mss. " *Φαρέτραι* etiam * *αὐλοθῆκαι* dicebantur, teste Mich. Apost. Prov. 17, 69." Schleusn. Mss.] " *Φαρετροφόρος*, Pha- " retram gestans, Epith. Cupidinis, in Epigr." [Anthol. 7, 584. Ælian. V. H. 12, 43. " Fischer. ad Anacr. p. 15." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 75. 112. (* *Φαρετροφορέω*, unde) * *Φαρετροφορία*, 46, 66(=87. 125.)" Boiss. Mss. * *Εὐφαρέτρης*, Soph. Tr. 212. cf. ascripta ad Villois. Anecd. 2, 116.] " *Φαρέτριον*, Parva pharetra," [Mosch. 1, 20.] " At " *Φαρετρεὼν, ῶνος, ὁ*, i. q. *φαρέτρα*," [" Herod. 1, 216. 2, 141." Schw. Mss. " Eust. 35, 2." Seager. Mss. J. Poll. 10, 142.]

Φορὸς, ὁ, (ἡ,) ut *φορὸς ἄνεμος*, qui Latine Ferens ventus, (ut dixit Virg. Æn. 4. Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes,) Ventus secundus. Alio nomine *οὔριος ἄνεμος*. A Suida, postquam dixit *ἄνεμον φορὸν*, oxytone esse *τὸν ἐπιτήδειον* affertur hoc exemplum, *Τοῖς ἐναντίοις ὁρῶν φορὸν ἄνεμον καὶ λαμπρὸν καταπνέοντα, σφίσι δὲ δυσχερῆ κ.τ.λ.* Sed in vulg. Ed. deest hic accus. *φορὸν*, in illo loco quem alioqui ob ipsum profert. Eust. in Od. Γ. (300.) *ἀτὰρ τὰς πέντε νέας κυανοπρωρείους Αἰγύπτῳ ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ*, annotat, *ἀπὸ κοινοῦ* intelligi debere et neutrum partic. *φέρον*, propter vocabulum *ὕδωρ*: e tali autem *φέρειν*, (i. e. tali usu verbi *φέρειν*,) *κοινότερον* ventum *φορὸν* appellari *τὸν τὴν νῆα φέροντα*. Ceterum Lucian. (3, 387.) metaphorice *κύβον* etiam *φορὸν* vocavit Secundam aleam et prosperam. Apud Alex. Aphr. *π. Ψυχῆς* p. 158. dicitur *φορὸς* et pro Commodus ac perferens ad finem destinatum, Commodus ad finem assequendum qui homini propositus est. Vide Bud. 391. ‖ *Φορὸς*, pro *εὔφορος*, Ferax, Fertilis, ut *Συκῆ φορὸς σύκων*, pro *φορὰν σύκων ἔχουσα*, Bud. qui hoc exemplum e quopiam Gramm. mutuatur. [*Φ. γῆ*, Theophr. C. Pl. 3, 20, 3. " Thom. M. 360. 900. ad Charit. 661. Cattier. Gazoph. 17. Wakef. S. Cr. 4, 116. ad Diod. S. 1, 685. Fischer. ad Palæph. 67. 90. Plut. Mor. 1, 17. ad Herod. 321. ad Charit. 312. Reiz. de Acc. 110. Ammon. 143." Schæf. Mss. " Utilis, Qui promovet, conducit ad, Plut. 2, 5. Strabo 403(=26. p. 242. S.)" Wakef. Mss. * " *Φορικὸς*, Fertilis, Clem. Alex. 672." Kall. Mss. " *Φ. ὄρχημα*, Phot. v. *Μόθων*." Schleusn. Mss. * *Φόριμος*, Hesychio *λυσιτελὴς*, Anal. 2, 281. *δένδρον*. " Jacobs. Anth. 9, 315." Schæf. Mss. At * *Φορίμη, ἡ*, est genus *στυπτηρίας*, Diosc. Par. 1, 52. Salmas. Exerc. 1166. Vide *Φόριμον*.]

Φόρος, ὁ, Quod penditur, s. pensitatur, Tributum, Vectigal. Thuc. 1, (96.) *Καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον*. Et *φόρους φέρειν* ap. Dem. (156.) et Aristoph. Dicitur

et φόρους ἐκλέγειν a Synes. Καὶ ἐξ ἀπόρων φόρους ἐκλέγων. Dicitur vero et φόρους τελεῖν, item ὑποτελεῖν ab Isocr. At qui exigit, dicitur εἰσπράττειν: unde φόρων εἴσπραξις ap. Eund. De differentia autem, quam quidam inter φόρον et τέλος constituunt, lege Amm. [" 143. Reiz. de Acc. 110. ad Herod. 192. Wyttenb. Select. 82. ad Phalar. 306. Thom. M. 873. 900. Conf. c. πόρος, Kuster. Aristoph. 114. Φόρον τάξασθαι, Idem de V. M. 114. Sing., plur., Schneid. Anab. 292." Schæf. Mss. * Φορογράφος, Tributorum scriba, Greg. Naz. ined. in Tollii Itin. Ital. p. 18.] HINC Φορολόγος, ὁ, Qui tributum s. tributa colligit, ὁ τὸν φόρον λέγων, i. e. ἐκλέγων, ut vides loqui Synesium, vel συλλέγων. Suid. exp. ὁ τῶν φόρων ἐκλογεύς. Hes. autem φορολογῆσαι exp. φόρους συνάξαι: et φορολόγος, minus ad verbum, ὁ ἀπαιτῶν τοὺς φόρους, Tributorum exactor. [Plut. Cimone 19. " Ad Lucian. 1, 471." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] " Φοραλόγος, in VV. LL. perperam pro φορολόγος." Φορολογέω, Tributum colligo, Tributum s. Tributa exigo: cum accus. Polyb. (1, 8, 1.) Πολλὰ μέρη τῆς Σικελίας ἐφορολόγουν, Perinde ac si diceretur, cum accus. itidem, Φόρους εἰσέπραττον, Tributa exigebant a multis Siciliæ partibus. Sed possumus et ita reddere, Multas Siciliæ partes tributarias habebant. Joseph. τοὺς τὴν χώραν φορολογήσαντας. A Plut. autem poni φορολογῶ et pro Exhaurio tributis, testatur Bud. [Plut. 7, 353. Sulla 24. " Diod. S. 2, 391. 572." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] Φορολογία, ἡ, Tributi collectio, Tributi exactio s. Tributorum, [" Act. Traj. 1. p. 228." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] Invenitur autem et verbale NOMEN Φορολόγητος, tanquam a voce PASSIVA φορολογέομαι, significante Tributum exigor, A me tributum exigitur, s. E me colligitur, magis ad verbum; sed in VV. LL. affertur duntaxat ex LXX. Interpr. Deuter. 20, (11.) Φορολόγητοι καὶ ὑπήκοοί σοι ἔσονται, Tributarii tibi erunt. Hes. φορολόγητοι exp. ὑποτελεῖς, et λειτουργοί. Huic autem contrarium est NOM. Ἀφορολόγητος, ὁ, ἡ, E quo non colligitur tributum, A quo non exigitur tributum, Qui tributum non pendit, non est tributarius, Immunis a tributo. Suid. in nomine Ἀφρούρητος, h. affert l., qui videtur esse Polybii, (15, 24, 2.) Θάσιοι εἶπον πρὸς Μητρόδωρον τὸν Φιλίππου στρατηγὸν, παραδοῦναι τὴν πόλιν, εἰ διατηρήσει αὐτοὺς ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἀνεπισταθμεύτους, νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις, ubi sunt ἀφορολόγητοι, Qui tributa pendere non coguntur: SICUT Ἀφρούρητοι, Qui præsidia in urbem suam admittere non coguntur, inquit Bud. [Ἀφορολόγητος, Polyb. 4, 25, 7. 84, 5. 18, 29, 5. Diod. S. 574.]

Φορὰ, ἡ, Latio, Delatio. Aristot. de Anima 1. Τεσσάρων κινήσεων οὐσῶν, φορᾶς, ἀλλοιώσεως, φθίσεως, αὐξήσεως: de Cœlo 1. Πᾶσα δὲ κίνησις ὅσα κατὰ τόπον, ἣν καλοῦμεν φορὰν, ἢ εὐθεῖα, ἢ κύκλῳ, ἢ ἐκ τούτων μικτή. Φορὰ, inquit Bud., Latio, Delatio. Quid autem sit, docet Aristot. Phys. 4. init. et in Mech. Addit, Eidem φορὰν esse unam quatuor motionum in illo 1 de Anima loco. Adjungit et hæc Themistii, de motu loquentis, in Phys. 5. Τοῦ δὲ γενητοῦ καὶ φθαρτοῦ γένεσις καὶ φθορὰ, τοῦ δὲ φορητοῦ φορά· διττὴ δὲ ὁδός· ἢ γὰρ κάτω ἢ ἄνω, ἢ πρόσθεν ἢ ὄπισθεν, κ. τ. λ. Idem φορὰν interpr. Motum in h. Plut. l. in Phocione (2.) loquentis de sole, Μὴ τὴν αὐτὴν τῷ οὐρανῷ φερόμενος φορὰν, μήτε ἄντικρυς ἀντιβατικήν. Cic. ap. Plat. φορὰν vertit Motionem, Cursum; nam πλαγίαν φορὰν interpr. Motionem transversam: hæc autem verba, Ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν, reddit, Quando igitur unumquodque eorum siderum cursum decorum est adeptum. Sic autem et alibi de Orbium cœlestium motione dicitur potius. Affertur certe e Plat. et Φορᾷ κινεῖν. Ex Eod. Ἡ κάτω φορὰ, pro Descensus. In VV. LL. est etiam ψήφων φορὰ, Latio suffragiorum, e Cic. et ex Eur. (Suppl. 484.) ἐν ψήφου φορᾷ, Dum suffragia feruntur. Ibid. φορὰ δίσκου ex Aristide pro Jactu disci. Interdum vero φορὰ dicitur de Eo quod fertur cum impetu: unde et quandam Impetus signif. habet. Nam Bud. a Plut. dici ait de exercitu congrediente, atque adeo metaphorice poni pro Impetu casus temerarii, ut Dem. dixit φοράν τινα πραγμάτων χαλεπὴν καὶ τύχην κοινὴν, et Greg. Naz. Αὐτόματον φορὰν et συντυχίαν. Est autem locus ille Dem. (316.) Πόσῳ δικαιότερον καὶ ἀληθέστερον τὴν ἁπάντων, ὡς ἔοικεν, ἀνθρώπων τύχην κοινὴν καὶ φοράν τινα πραγμάτων χαλεπὴν, καὶ οὐχ οἵαν ἔδει, τούτων αἰτίαν ἡγεῖσθαι. Sunt autem qui e Cic. φορὰν πραγμάτων hic interpr. Cursum rerum; sed illud φορὰν multo esse significantius videtur. Affertur porro φορὰ et pro Impetu naturæ ad aliquid incitatæ, e Plut. Themist. (2.) Ἔτι δὲ παῖς ὢν ὁ Θεμιστοκλῆς ὁμολογεῖται φορᾶς μεστὸς εἶναι. Sed quidam hic φορᾶς interpr. Animi ac spiritus. Videndum an et vox Incitatio locum habere hic possit, quam Cic. de sole usurpat, sicut et hanc Græcam φορὰν de eo usurpari modo ostendi. A Bud. φορὰ redditur Impetus et Proclivitas, Propensa voluntas, in h. l., qui est quidem ejusd. Scriptoris, sc. Plutarchi, sed addentis præp. ἐπὶ cum suo accus. in Dione (13.) ubi loquitur de adventu Plat. in Siciliam, Φορά τέ τις ἦν ἐπὶ λόγους καὶ φιλοσοφίαν ἁπάντων, quæ interpr. etiam verbo Ferri: hoc modo, Omnes ad studia ferebantur. Sed forsitan illud Ferebantur non tam significans est, fueritque adjectione aliqua adjuvandum. Φορὰ, Portatio, Latio, i. e. Ferendi actio. J. Poll. l. 7. περὶ τῶν ἀχθοφορούντων loquens, i. e. de Bajulis, Τύλη δ' ἐκαλεῖτο ἡ ἐπὶ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἀχθέων γινομένη τριβή· τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν, Φορά· καὶ ὁ μισθὸς, Κόμιστρον· εἴποι δ' ἄν τις αὐτὸν καὶ Φόρετρον καὶ Φορεῖον. Sed hæc portationis s. lationis merces ab Aristoph. vocata fuisse videtur etiam Φορὰ, ut addit idem J. Poll.: quem consule. || Φορὰ, Pensitatio, sicut φέρειν dictum est poni pro Pensitare, Pendere, item Collatio. Nam φορὰ et ἔρανος pro eod. ponuntur ab Athen., itidemque a Dem. c. Mid., ut docet Bud. Affert vero et φορὰν φέροντες e Thuc. pro Pensitantes, Ἐργαζόμενοι, καὶ φορὰν φέροντες ἣ ἂν ὑμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι. E Xen. (K. Π. 3, 1, 19.) Φορὰν ἔλιπες pro Pendere desiisti s. Solvere. Φορὰ ab ea signif. qua terra dicitur φέρειν καρποὺς, Ferre fructus, usurpatur pro Feracitate, Ubertate, Proventu, ut φορὰ ἐλαιῶν. Sic de arboribus Aristot. μετὰ τὴν φορὰν τὰ δένδρα ξηραίνεσθαι dixit. Cui simile φορὰ ἀκροδρύων, ap. Philon. Ἡ ἀμυγδαλῆ πρῶτον ἀνθεῖν, εὐαγγελιζομένη φορὰν ἀκροδρύων. Idem sine adjectione usus est, ei opponens λιμὸν, Τοῖς δ' ἐξ εὐετηρίας ἀφορίαν, καὶ ἔμπαλιν λιμοῦ, φορὰν προειπών. Dicitur autem et φορὰ καρπῶν sicut terra dicitur φέρειν καρπούς: et quidem retinendo interdum simplicem, ut ita dicam, verbi φέρειν signif. Neque enim φορὰ καρπῶν ponitur duntaxat pro Fructuum proventu s. annona, sed affertur e Theophr. C. Pl. 3, (14, 5.) Πρὸς τὴν τοῦ καρποῦ φορὰν, significans simpliciter Ad fructum ferendum. Metaphorice autem φορὰ ῥητόρων, et φιλοσόφων, σοφιστῶν, κ. τ. λ. Dixit enim Æschin. (87.) φορὰν τῶν ῥητόρων, Plut. φορὰν τῶν σοφιστῶν. Demosth. autem (245.) et φορὰν προδοτῶν καὶ δωροδόκων. Aristot. Rhet. 2. Φορὰ γάρ τίς ἐστιν ἐν τοῖς γένεσιν ἀνδρῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τὰς χώρας γινομένοις. Plin. Junior Proventum Poëtarum dixit: Cic. Fœtum Poëtarum: in Bruto, Nec ulla ætate uberior oratorum fœtus fuit. [" Thom. M. 899. ad Diod. S. 1, 196. 2, 124. Aristoph. Fr. 247. Brunck. 3, 167. Boiss. Philostr. 534. 571. Toup. ad Longin. 324. Opusc. 1, 457. ad Charit. 273. 312. Tributum, Paus. 3, 179. Feracitas, Ruhnk. Hist. Cr. Orat. Gr. p. xxxix. Valck. Adoniaz. p. 406. Bergler. Alciphr. 98. Bibl. Crit. 3, 1. p. 6. ad Herod. 712. Conf. c. φθορὰ, ad Charit. 305. ad Diod. S. 1, 194.: cum βολὴ, ad Charit. 273." Schæf. Mss. " Φοραὶ χειρῶν, Gestus, Gesticulatio, in declamatione oratoria. Dionys. de Vi Dic. Demosth. 54. p. 1120. Τίνες οὖν εἰσὶν ὀργῆς καὶ ὀλοφυρμοῦ τόνοι, καὶ ἐγκλίσεις, καὶ σχηματισμοὶ προσώπου, καὶ φοραὶ χειρῶν;" Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. " Φ. χρημάτων, Abundantia, Suid. v. Ἁρμάτος." Schleusn. Mss.]

Φοράδην, adv. Portando, Gestando. Sed cum sit adverbium, sonat q. d. Portabunde, Gestabunde, quo Bud. utitur ad interpretandum hoc adv. Sed ap. Lucian. (1, 397.) Εἴποτε τρωθείης, καὶ βλέποιέν σε φ. τοῦ πολέμου ἐκκομιζόμενον, vertit A gestantibus hominibus exportari: et addit, ut ægri solent. Apud Dem. autem (1263.) Φ. ἦκον οἴκαδε, reddit Portabar

domum, ut solent portari vulnerati. In VV. LL. e Plut. Popl. Ἀπεκομίσθη φ. ἐκ τῆς μάχης. Et ex Eur. (Andr. 1157.) φοράδην πελάζει, Portatur et accedit: (Rhes. 888.) φοράδην πέμπει. At vero NOM. Φοράδες, αἱ, signif. Equas, teste Hes.: φοράδες, inquit, αἱ θήλειαι ἵπποι: non dubito autem quin a gestando utero ita dictæ sint. Cum porro ap. Eund. paulo post habeamus φορβάδων, non est cur suspicemur ibi reponendum esse φορβάδες pro φοράδες. Ceterum hæc duo vocabula malit forsitan aliquis a φορέω deducere: sed φορηδὸν duntaxat, quod est aliud adverbium i. valens q. φοράδην, ei verbo reservandum putavi, ut minime controversia carens. [" Φορὰς, Toup. Opusc. 1, 549. ad Herod. 244. Lobeck. Aj. p. 272. ad Diod. S. 2, 242. * Φοράδιον, ibid. Φοράδην, Cattier. Gazoph. 57. ad Charit. 242. 304. Valck. Hipp. p. 310. Diatr. 111." Schæf. Mss. " Philostr. 537. Manetho 4, 131. Φοράδιον, Schol. Nicandri Θ. 926." Wakef. Mss. Theophr. H. Pl. 4, 16, 2. Φοράδες γίνονται ἐξ ἀφόρων.]

Φορεὺς, έως, ὁ, Portator, Bajulus: unde Φορῆες, Il. Σ. (566.) μία δ' οἴη ἀταρπιτὸς ἦεν ἐπ' αὐτὴν, Τῇ νίσσοντο φορῆες, ὅτε τρυγόῳεν ἀλωὴν, ubi Eust. annotat, φορῆες, cum alioqui generaliter significet τοὺς φορτηγοὺς, ibi ἰδικῶς significare Eos qui racemos portabant, ut apparet e sequente periphrasi, Πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον καρπόν. E Plut. (Artax. 22.) affertur φορεὺς pro Lecticario s. Eo qui fert sellam domini. || Φορεῖς, Hes. etiam Pueri qui metallicam materiam exportant s. egerunt. Item Lora clypeorum. [" Pierson. Veris. 199." Schæf. Mss. " Zosim. 402. Clem. Alex. 269. Nonn. D. 1, 233." Wakef. Mss. Plut. Æmil. 19. ἵππος.]

Φορεῖον, τὸ, Gestatorium, Sella gestatoria, Lectica, Vehiculum, Bud. afferens e Gal. Σκίμποδος ἢ φορείου τινὸς, et e Dinarcho in Dem. Τρυφῶν ἐν τοῖς τῆς πόλεως κακοῖς, καὶ ἐπὶ φορείου κατακομιζόμενος τὴν εἰς Πειραιᾶ ὁδὸν, ubi interpr. Gestatorium, Lecticam, qua in signif. sæpe a Plut. accipi tradit. Idem ap. Athen. Φορεῖα σὺν τοῖς κομίζουσι, vertit Lecticas gestatorias cum servis lecticariis. In hoc autem Appiani loco, Ἐς φορεῖον ἐσθέμενοι τὸν Κικέρωνα, αὖθις ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἦγον, vertit, Indentes in vehiculum. Sic certe Polit. interpr. Vehiculum in isto Herodiani loco, 5, (8, 13.) Παραλαβὼν τὸν Ἀλέξανδρον συγκαθεσθεὶς αὐτῷ ἐν τῷ βασιλικῷ φορείῳ, ὅπερ διὰ χρυσοῦ πολλοῦ καὶ λίθων τιμίων πεποίκιλτο, Alex. secum in vehiculo imperatorio considente, quod erat auro multo gemmisque exornatum. Apud Suid. autem φορεῖα γυναικεῖα, in quodam l. quem affert, ejus Auctorem non nominans. Item φορεῖον, Merces quæ portatori datur s. bajulo, ut habes in Φορὰ, ex J. Poll. HINC Φορεαφόρος, (licet propinquius esset φορειοφόρος,) Qui lecticam portat, Lecticarius servus. Plut. Galba (25.) Ἀλλὰ ξίφεσι γυμνοῖς περιϊόντες αὐτοῦ τὸ φορεῖον, ἐκέλευον αἴρεσθαι, παραφθεγγομένου πολλάκις ἀπολωλέναι, καὶ τοὺς φορεαφόρους ἐπιταχύνοντος: [Diog. L. 5, 73. " Φορεῖον, Thom. M. 886. Aristoph. Fr. 251. ad Diod. S. 2, 336. 644. ad Charit. 250." Schæf. Mss. " Zosim. 401. Clem. Alex. 269." Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T.: Lipsii Electa 1, 19. Φορήϊον, Phœnix Colophonius ap. Athen. 495. * Φορίον, Gl. Lectica, Feretrum, 2 Macc. 3, 27. " ad Charit. 250." Schæf. Mss. Φοριοφόρος, Gl. Lecticarius. AT * Φορειὰ, ἡ, i. q. βόρβορος, Arcadius p. 98. ap. Salm. Exerc. Plin. 833., qui hinc ducit Lat. Foria, Conforiare.]

Φορέω, Fero, Gesto, ut dicitur Fero vestem, pro Gesto vestem. Aristoph. Πλ. (991.) τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν. Sic ap. Xen. K. Π. 8, (1, 14.) ubi observa etiam φορεῖν et ἐνδύεσθαι de re eadem dici, p. 122. meæ Ed. Στολήν τε γοῦν εἵλετο τὴν Μηδικὴν αὐτός τε φορεῖν, καὶ τοὺς κοινῶνας ταύτην ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. Thuc. 1, (6.) Ἐπειδὴ χιτῶνας λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες. Sic Plut. Popl. Τυῤῥηνίδα φορῶν ἐσθῆτα. Et Paus. Οὐδὲ ἀποκείρονταί σφισιν οἱ παῖδες, οὐδὲ μέλαιναν φοροῦσιν ἐσθῆτα. Sic φορεῖν δακτύλιον dicitur, Gestare annulum. Apud Hom. autem legitur et φορέειν σκῆπτρον, Gestare sceptrum, Il. A. (238.) Alicubi φορεῖν redditur etiam Habere: Aristoph. Πλ. (1059.) ἕνα γὰρ γόμφιον μόνον φορεῖ, Unum enim molarem solum habet. Ad verbum, Gestat unum molarem. Ex Eod. (Ἱππ. 757.) affertur φορεῖν λῆμα, ubi malim φορεῖν interpretari Gerere, quam Ferre, aut Habere, ut dicitur ab Ennio, Vos etenim juvenes animos geritis muliebres, Ipsaque virgo, viri. Dixit et Cic. Animum laude dignum gerere. Sic autem et Spiritus gerere dicunt Latini, ut Magnos s. Elatos spiritus gerere. Ut autem λῆμα φορεῖν ap. Aristoph., ita etiam ἦθος φορεῖν ap. Soph. legitur, Antig. (705.) Μὴ νῦν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει. Sed et φορεῖν μένος ap. Hom. habetur, ubi φορεῖν exp. ἔχειν: verum in aliis exempl. est φρονεῖν. || Φορεῖν dicuntur etiam equi ap. Hom., Ferre, Portare, ubi περὶ ἵππων dicit φόβον Ἄρηος φορεούσας, Il. B. (767.) de quo loquendi genere consule Eust. Et paulo post, Ἵπποι θ' οἳ φορέεσκον ἀμύμονα Πηλείωνα. Sed in illo priore l. φορεούσας quidam interpr. Habentes; quidam, Præ se ferentes: ut sit Timorem Martium præ se ferentes.

AT VERO Φορῆναι [s. Φορῆναι,] ap. eund. Poëtam [Il. B. 107.] pro φορεῖν, tanquam A Φόρημι, VEL Φοραίνω, [" Eust. 57, 16." Seager. Mss.] quæ tamen inusitata putantur. At THEMA Φορεύω in usu fuit, si Hesychio credimus; is enim affert φορεύουσι, quod exp. φοροῦσι. [* " Φόρευμα, Cyrilli Lex. Ms. non vulgaris bonitatis: Σολοικίζειν, οὐ μόνον τὸ κατὰ λέξιν καὶ φωνὴν ἰδιωτεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φορευμάτων, ὅταν τις * χορικῶς ἐνδύεται, ἢ ἀτάκτως ἐσθίει, ἢ ἀκόσμως περιπατεῖ, ubi pro φορευμάτων leg. videtur φορημάτων, nisi quis mavelit ἐπὶ ὀρχημάτων, ἢ ὅταν. Φορημάτων vera est lectio. Præterea leg. est h. l. ὅτε τις * χωρικῶς pro ὅταν τις χορικῶς, quod Valck. non animadvertit. Χωρικῶς significat Rustice. Χορικῶς est etiam vox Græca, etiamsi sine auctoritate in Lexicis. Extat autem ap. Ælian. H. A. 3, 11. p. 48. Ed. Schn." Bast. de VV. nihili vel dubiis ad calcem Scap. Oxon.]

[" Φορέω, ad Charit. 692. Wakef. Eum. 56. Luzac. Exerc. 103. Jacobs. Anth. 6, 356. 8, 237. 9, 281. Kuster. Aristoph. 239. ad Diod. S. 1, 391. 2, 132. 143. 328. Heyn. Hom. 4, 395. ad Herod. 244. 358. 465. 593. 624. Brunck. Œd. T. 1320. ad Eur. Hipp. 317. Musgr. ibid. Cycl. 231. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 183. ad Il. 22. p. 59. Hippol. p. 198. 296. Diatr. 243. Ruhnk. Ep. Cr. 193. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 12. Toup. Opusc. 2, 54. Emendd. 2, 482. Φορεῖν vestes, Opusc. 1, 357. 359. 2, 54. Wakef. S. Cr. 1, 53. ad Od. O. 127. Ἐφόρεσε, Boiss. Philostr. 600. 602. * Φορέεσκω, Ruhnk. Ep. Cr. 194. Φόρημι, Jacobs. Anth. 6, 393. 12, 416. Marcellus 24." Schæf. Mss. Quint. Sm. 5, 227. 10, 204. φορῆναι. Cf. Πόθημι. * " Φορέημι, pro φόρημι, Bion 1, 84. (λέβησι χρυσείοις φορέησιν ὕδωρ.) Φορέω, Habeo, Herod. Opp. K. 2, 516. Dio Chrys. 1, 161.: σῶμα, Hom. Batr. 44.: θάρσος ἐν στήθει, Quint. Sm. 9, 275.: τάχος, Opp. K. 3, 502.: τόξον, Dio Chrys. 293.: αἰγίδα, Schol. Æsch. S. c. Th. 705.: νηδὺν, Nicander Θ. 783. ὄνομα, Clem. Alex. 762.: κόμην, Athen. 163. De vestimentis passim, et curru, Quint. Sm. 9, 217. Il. K. 323. Tolero, Opp. K. 1, 297. (Ἐσθλοὶ δ' ἠελίου φορέειν πυρόεσσαν ἐρωήν.)" Wakef. Mss. Apoll. Rh. 2, 192. λευκανίην δὲ φορεύμενος, pro προσφερόμενος. De differentia inter φορέω et φέρω, Lobeck. Phryn. 585.]

HINC Φόρημα, τὸ, Gestamen, Quod gestatur, ut vestis dicitur esse φόρημα. Sic J. Poll. Σύρμα, τραγικὸν φόρημα: et Σαράγης, Μήδων τι φόρημα. E Schol. Aristoph. affertur ETIAM Φόρεμα. [" Socr. Hist. Eccl. 7, 13. p. 358. Suid. et Phot. v. Φάκελος." Lobeck. Phryn. 250.] Plut. Lucullo, Καὶ φορήματα εἴκοσι μὲν ἀργυρῶν σκευῶν, Fercula triumphi quæ ab hominibus gestabantur, inquit Bud. Item Onus quod portatur, ἄχθος, φορτίον, ut addit idem, ex J. Poll. 285. [" Kuster. Aristoph. 64. Monthly Review, Jan. 1799. p. 99. Schol. Aristoph. Πλ. 159. ad Diod. S. 2, 645. Ruhnk. ad Rutil. 104. Zeun. Ind. ad Xen. K. Π. Conf. c. φρόνημα, Schneid. ad Hieron. 255. (8, 10.)" Schæf. Mss. " Quod intus continetur, Max. Tyr. 389. Cibus, Euseb. Pr. E. 274." Wakef. Mss. " Metaphorice, Xen. K. Π. 3, 1, 12. Οἷον φ. ὁ φόβος, Quale onus sit metus, quantum premat homines." Schw. Mss. " Suid. v. Φοοά. Præda, Inc. ap. Eund.

v. Σχέδην." Schleusn. Mss. * Φόρησις, Gestatio, Athen. 220. Dionys. H. 1. p. 109, 35. 120, 12. * "Φόρεσις, de vestibus quæ gestantur, Suid. v. Τριβή." Schleusn. Mss. * "Φορεσία, Vestis, Cultus, Suid. v. Ἀντωνῖνος." Kall. Mss. Idem v. Χλαμὺς, Palæphati Fr. Gal. p. 63. Theoph. ap. Alemann. ad Procop. 92. "Jo. Malal. 28." Wakef. Mss.] A tertia autem persona est ADJECT. Φορητὸς, Qui gestari potest, s. Ferri, aut Portari. Ex Epict. [Enchir. 42.] in VV. LL., Λαβὴ φορητὴ, Ansa qua quid ferri possit. Apud Lucian. (1, 136. 597. 695.) et alios, φορητὸς, Tolerabilis. SICUT Ἀφόρητος, Intolerabilis, ap. Eund. (2, 922.) Ὡς ἀφόρητα ἡγοῦνται τὰ συμβαίνοντα. Sic ADV. Ἀφορήτως, Intolerabiliter, Graviter, Gravissime. Sed Suid. habet ETIAM Φορητῶς, quod exp. μεγάλως: quæ expos. mihi est suspecta. ["Φορητὸς, Bibl. Crit. 3, 2. p. 49. Valck. Hipp. p. 257. Toup. Opusc. 1, 549." Schæf. Mss. "Theophyl. Bulg. Ep. 44. Ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κήρεσσι φορητούς." Gataker. Mss. * "Φορητὸν, τὸ, Turba, Magna copia, quasi Quantum ferre et capere potest, Philes p. 280." Schleusn. Mss. Ἀφόρητος, Demosth. 529. Casaub. ad Athen. 97. "Platonius, ad Diod. S. 2, 459. ad Lucian. 2, 324. 335. Bibl. Crit. 3, 2. p. 49. Alciphr. 214." Schæf. Mss. Herod. 4, 28. Thuc. 4, 126. * Ἀφορητότης, Gl. Intolerabilitas. * Αὐτοφόρητος, Nonn. D. 10, 150.] "Δυσφόρητος, Latu tole-" ratuque difficilis, Pene intolerabilis, i. q. δύσοισ-" τος, Hesychio δυσβάστακτος. At e Gal. 2 ad Gl. " δυσφόρητος ὄγκος affertur pro Tumor qui non fa-" cile resolvitur." [Eur. Cycl. 343. et nott.] Εὐφόρητος, Toleratu facilis, Qui facile tolerari potest, [Æsch. Choëph. 350. * "Φορητέος, Theod. Prodr. 270." Elberling. Mss. Φορητέον, Clem. Alex. Pæd. 288, 38.] Invenitur præterea ADV. Φορηδὸν, et quidem eund. usum habens, quem et φοράδην, de quo antea dictum fuit. Lucian. (1, 132.) Φ. ἀράμενοι μετακομίζουσι. Ut porro pro φόρημα affertur etiam φόρεμα, quod ε retinuit, sic ETIAM Φόρετρον id retinuisse sciendum est, quo significatur Merces quæ pro portatione persolvitur, quæ bajulo numeratur: J. Poll. (7, 133.) Καὶ ὁ μισθὸς, κόμιστρον, εἴποι δ' ἄν τις αὐτὸν καὶ φόρετρον, καὶ φορεῖον. At in VV. LL. φόρεθρον, perperam.

[* Ἀμφιφέρω, i. q. περιφέρω, Quint. Sm. 5, 10.]

Ἀναφέρω, Sursum (fero, ut καταφέρω, Deorsum fero,) Sustollo, Comporto, Subveho: ut ἀναφέρειν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, Æschin. (51.) Sic Matth. 17, (1.) Ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος: in hac autem signif. ἀναφέρω i. valet q. ἄνω φέρω. Et in voce significationeque passiva, ap. Aristot. de Mundo, Ἀναθυμιάσεις ἀναφέρονται εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα, Sursum feruntur, In altum tolluntur. Sic et Lucian. (1, 533.) ἀναφερομένην κνίσσαν dixit.

Proximæ significationi videtur esse affinis ea, qua pro Emitto, Edo, Produco, affertur ex Alex. Aphr. Probl. Nam quæ producuntur, veluti sursum feruntur, ut πολιὰς ἀναφέρειν, Canos emittere, Canum fieri, Canescere. Idem, Ἑπταμηνιαῖα τὰ βρέφη τοὺς ὀδόντας ἀναφέρει, Infantes septimo mense dentes emittunt. [Æsch. Choëph. 441. et Blomf. Gloss.]

Ἀναφέρειν, Referre, accipiendo Referre in propria signif., in Oraculo quodam ap. Thuc. Διὸς υἱοῦ ἡμιθέου τὸ σπέρμα ἐκ τῆς ἀλλοτρίας εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀναφέρειν, exp. Schol. κατάγειν, item ἀνακαλεῖσθαι. Ἀναφέρειν etiam est Referre et reducere, inquit Bud., citans exemplum hujus signif. in voce pass., quod in ea ponam infra.

Ἀναφέρειν, Offerre, in Evangelio præsertim, ut ad Hebr. 7, (27.) Ἐφάπαξ ἑαυτὸν ἀνενέγκας: et ἀναφέρειν θυσίας, ibid., et 13, (15.) Sic 1 Petr. 2, (5.) et Jac. 2, (21.) Ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Sic dicitur ἀναφέρειν εὐχὰς, Offerre preces s. vota. [Valck. Schol. in N. T. 2, 597.] || Bud. ἀναφέρειν ait inter alia significare Conferre in medium, quasique in cumulum. Aristot. Œcon. 2. Ἀνενεγκάντων δὲ πάντων ἃ εἶχον, θύσας τῇ θεῷ, τὸν κόσμον ἀπηνέγκατο, de auro muliebri loquens ad Cereris templum collato. Dici tamen proprie videtur pro Conferre ad cultum divinum. Sic Chrys. Εἰ γὰρ οἱ τὰς παλαιὰς ἀναφέροντες θυσίας, ἐκελεύοντο πάντα περισκοπεῖν, καὶ οὔτε ὠτότμητον, οὔτε κολοβόκερκον, οὔτε ψωραγριῶντα ἐπετρέποντο ἀναφέρειν.

Ἀναφέρειν, Ferre, Perferre, Pati, ap. Aristidem, ut Christus dicitur ἀνενεγκεῖν peccata nostra, 1 Petr. 2, (24.) et ad Hebr. 9, (28.) i. e. Peccata nostra tulisse s. portasse. Quidam tamen interpr. Sustulit, quod melius cohærebit cum ἐπὶ τὸ ξύλον, quam cum ἐν τῷ σώματι. || Citatur e Thuc. (3, 38.) ἀναφέρειν κινδύνους, quod durum sit reddere, Ferre pericula: potiusque verti debeat Subire pericula.

Ἀναφέρω, Refero ad aliquem, pro Attribuo ei. Plato Apol. (5.) Εἰς ἀξιόχρεων τὸν λέγοντα ἀνοίσω. Herodian. (2, 3, 9.) Ἀνέφερε γοῦν εἰς Αἰνείαν τὸν Ἀφροδίτης τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν, Referebat sui generis originem, Originem sui generis Æneæ tribuebat. Ad verbum, Generis successionem, i. e. Ajebat se oriundum ab Ænea, vel ducere genus ab Ænea. Justinus Martyr dativo junxit ἀναφέρω pro Attribuo, Acceptum fero, in Paræn. ad Gent. Τοῖς προφήταις τὴν ἀληθῆ περὶ τῶν ὄντων ἀναφέρει γνῶσιν. || Bud. locum Alexandri Aphr. affert, in quo ἀναφέρω ait sumi pro Refero, i. e. Hujus causa facio, Huic omnia tribuo.

Ἀναφέρω, Refero ad aliquem: eo sensu quo dicebant Referre ad senatum. Dicitur autem et ἀναφέρειν περί τινος, (sicut Lat. Referre de aliqua re,) et ἀναφέρειν τι. Plut. Camillo, Ἀνήνεγκε περὶ τούτων εἰς τὴν σύγκλητον. Idem ibid. Ἀνήνεγκε πρὸς τοὺς χιλιάρχους πρᾶγμα φροντίδος ἄξιον. Sic Herodian. (2, 15, 9.) Πρὸς τὴν σύγκλητον ταῦτα ἀνενεγκών.

Ἀναφέρειν, inquit Bud., Referre quæstionem: inde ἀναφορὰ, Jus referendæ quæstionis in alium quempiam quam cum quo judicium prius agitatum est. Secundum Eund. Ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν ἐπ' ἄλλον, Referre et rejicere crimen in alium, ut solent qui excusant. Lys. (479.) Ἀκούω δ' αὐτὸν καὶ εἰς Μενέστρατον ἀναφέρειν τι περὶ τῶν γραφῶν τούτων, i. e. Transferre. Eur. Or. (589.) Ἦ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ θεὸς ἀναφέροντί μοι Μίασμα λῦσαι; i. e. Scelus in eum transferenti.

